



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ  
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos  
instructa**

**Busaeus, Johannes**

**Moguntiae, 1608**

S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)



## S SIMONIA.

### Remedia aduersus Simoniam.

**R**IMVM Remedium. Considera, si quid in diuinis scripturis de Simoniaca labe patefactum sit: qua infecti sunt, qui exemplo SIMONIS Magi rem spiritualem, vt gratiam, Sacramentum Ordinis, vel Ecclesiasticum beneficium pecunia emunt vel vendunt. Patefecit verò Christus Saluator tum verbis, tum factis, id non esse faciendum. Verbis quidem, cum apud B. Mathæum Apostolis mandauit, vt prædicandi, miraculaque patrandi munus nullo accepto pretio obirent. *Gratis, inquit, accepistis gratis, date.* Factis verò cum apud eundem, & B. Ioannem secundo omnes vendentes & ementes templo eiecit, mensasque numulariorum & Cathedras vendentium columbas euerit, Vtrumque enim locum S. Patres de Simoniaca emptione & venditione exposuerunt. Deinde in Actis Apostolorum de Simone, primo huius vitii autore & parente, ita scribit B. L. V. C. A. S. *Vir quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus, seducens gentem Samaria, dicens se esse aliquem magnum, cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicitur. Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna.* Et paulo post. *Quum vidisset autem Simon quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens. Date et mihi hanc potestatem, vt cuiusque imposero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri, Non est tibi pars, neque sors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon dixit. Precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat super me horum, quæ dixistis.*

Matt. 10. 8.

Matt. 21. 12.

Ioann. 2. 14.

Hilar. Hieron.

&amp; Theop. in c.

21. Match.

Amb. in c. 19.

Luc.

Aug. tract. 10. in

Ioan.

Greg. lib. 4. ep.

51.

Aq. 2. 9.

II. REMED. Considera S. Patrum sententias. B. CYP. his verbis conqueritur. *Etiã in sinu sacerdotum ambitio dormit, ibi sub vmbra recubat, in secreto calami, se si audulenter occultat. Simon Apostolorum temporibus venalem putans Spiritum sanctum, Petrum donis aggreditur, & tentat emere potestatem, per quam plura lucretur. Hæc sacrilegii forma per omnia officia, gradusque discurret, & nihil intentatum*

Cyp. de ieiun.

&amp; tent.

Aq. 3. 18.

Bas. ep. 79.

Act. 8. 20.  
Simon.

Am. c. 19. lib. 9.

Matth. 20. 3.

Chry. hom. 38.  
in Matth. 21.Hier. in c. 21.  
Matth.Aug. in c. 2.  
Ioan.

E. lib. 4. ep. 23.

Ambitio prætermittit. Nec dubitet quisquam diaboli hæc esse negotia, et nundinationis eius, quicunq; hæc exercent commercia, nec quicquam huiusmodi, nisi præmissa epistola, donari. S. BASILIVS ad Episcopos suæ curæ commissos. Foruntur quidam ex vobis ab illis qui ordinantur accipere pecuniam, idque quod peius est pietatis minime palliare. Duplo namq; puniendus venit, qui prætextu boni & malum est facti, cum quod operatur quod bonum non est, tum quod ad perficiendum peccatum, bono ut dicitur, utitur cooperatio. Hæc si ita habent, post hæc non fiant, sed emendentur. alioqui necessarium est ut accipientem pecunias, quo ab Apostolis ad eum dictum est, qui pecuniam hæc volebat, ut communicationem emeret Spiritus sancti videlicet. Argentum tuum transiit ad perditionem. Lenius enim deliquit, qui propter inexperientiã emere volebat, quoniam iam donum Dei vendit. Auctio namq; est. Et si, quod gratis accepisti, vendideris, tanquam Satana venundatus Dei gratia privaberis. Cauponis enim ritu questum rei spiritualibus, inferis & Ecclesie, ubi corpus nobis & sanguinem Christi concreditum habemus. S. AMB. in Lucam. Admonet dominici forma baptismatis, quando descendit Spiritus sanctus in columbæ typo, electorum de templo huiusmodi mercatorum in Ecclesia Dei consortium eos habere non posse, qui sancti Spiritus gratiam nundinentur. Gratia, inquit, accepistis, gratis date. Deniq; Simoni, qui sanctificandi munus pretio in se putare posse confert, respondit Petrus. Pecunia, inquit, tua tecum sit in interitum, quoniam gratiam Dei putas te pecunia consequi posse. non est tibi pars, neque fors in hac vita.

CHRY. in opere imperfecto. Quotidie ingreditur Iesus: in templum suum, id est in sanctam Ecclesiam, & eicit omnes vendentes gratiã Dei de Ecclesia Episcopos presbyteros, diaconos, omnesq; Ecclesiasticos, nec non laicos, quia vnus criminis habentur pariter Dei dona vendentes & ementes, quia scriptum est. Gratis accepistis, gratis date. Columbas quoque vendentium cathedras emerit, ut quod honor sacerdotatus debet ab eis auferri doceret, qui pro terrena mercede opus Dei faciendum existimant. Eadem habet B. Hier. libro 3. in Matthæum. & addit. Obserua propter auaritiã sacerdotum altaria Dei numulariorum menses appellari. Cathedrasque vendentium columbas euertere, qui vendunt gratiam Spiritus sancti, & omnia faciunt, ut subiectos pro parte deuorent. S. A. V. C. tractatu. 10. in Ioannem. Qui vendunt columbas, fratres. Quod dicunt, nos damus Spiritum sanctum. Quare enim hoc dicunt, & quo pretio vendunt pretium honoris sui accipiunt. Accipiunt pretium cathedras temporales, ut videantur se vendere columbas. Caueant à flagello de resticulis. Columba non est venalis, gratis datur, quia gratia vocatur. D. Greg. Castorio Notario. Nulla sit in hac electione (Episcopi) venalitas: ne dum præmia appetunt, discretionem electionis amittant, & illum dignum ad hoc esse arbitrentur officium, qui nõ emerit, sed datione placuerit. Specialiter enim & absolute cognoscant, quia non solum indignus est sacerdotio, sed & aliis profecto culpis erit obnoxius, quisquis Dei donum pretij præsumpserit venalitate mercari. Non itaque largus præmit, sed dignus meritis eligatur. nam & electum & eligentes par pena respiciet, si sacerdotij sinceritatem mente sacrilega violare tentauerint.

III. REMED. Considera, quam graue & abominabile sit crimen Simonia: siquidem S. Patres in Simonis Magi facto supra commemorato quatuor notarunt flagitia. I. Auaritia, quæ, teste Apostolo, est idolorum seruitus. *Quum enim Simon, inquit Epiphanius in Panario, non haberet rectum cor, neq; cogitatione in rectam, sed turpi lucro, et studio pecuniarum intentus esset et à paruo proposito suo nusquam decederet, offerebat pecunias Petro Apostolo, ut daret ipsi potestatem exhibendi Spiritum sanctum per manuum impositionem, ita ratione secum inita, quod vellet dare multis pro modica pecunia, atque sic per exhibitionem Spiritus multas pecunias cumulare ac lucrari.* Et B. Avg. in Ioannē. Simon ille ideo volebat emere Spiritum sanctum, quia vendere volebat Spiritum sanctum: et putabat Apostolos mercatores tales esse, quales Dominus de templo flagello eiecit: talis enim ipse erat, et quod venderet emere volebat: de illis erant, qui columbas vendebant: etenim in columba apparuit Spiritus sanctus. II. est Ambitionis, quod præter S. Cyprianum loco supra citato notauit B. Greg. Talis, inquit, erat Simon Magus ab Apostolis baptizatus, sed postea ab Apostolorum principibus propter nefandæ venalitatæ ambitionem reprobat. Unde et dictum est ei. Non est tibi pars in sermone isto. Dum enim Spiritus sancti gratiam pretio comparare voluit, à doctrina Christi miser se alienauit. Et rursus. Avg. in psalmos. Quoniam Simon ille magnus in mirabilibus ingredi volebat super se, propterea plus illum delectauit potentia Apostolorum, quam iusticia Christianorum, ubi vidit per manus impositionem Apostolorum et per orationes eorum Deum dare Spiritum sanctum. III. flagitium est sacrilegii, quia ut D. Petrus ei obiecit, donum Dei existimauit pecunia possideri posse, hoc est, re profana sacratissimam, imò rem omnino cum pecuniæ mercede pugnantem, nempe diuinam gratiam. Unde B. Amb. q. tendam Episcopum, qui pecunia Episcopatum emerat, sic alloquitur. Dic mihi paulisper frater Episcopo, cum daret pecuniam, quid accepisti? Gratiam episcopalem accepi. Ergo interrogo te: hæc gratia cur tali vocabulo nuncupatur? respondet. cur inquis? Ut reor, pro eo, quod gratis datur, ideo gratia vocatur. Ergo si gratia gratis datur, et auro non aestimatur, à te cur gratia pecuniis comparatur? IV. est Hæreseos, quia diserte dicit B. Petrus eum existimasse donum Dei pecunia posse possideri, quæ opinatio, si pertinax sit, hæretica est. Deinde subiicit. Non est tibi pars, neque fors in fide ista, ut legit B. Amb. & Augustinus, nec dissentit textus Syriacus. Tum causam addidit. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. puram enim conscientiam fidei non habuit, ut in libro altero de Pœnitentia exposuit Ambrosius. Ac B. quidem Greg. cum Tertulliano indicat hanc hæresin Simoniacam omnium fuisse primam in Ecclesia. Hæc est, inquit, hæresis, quæ ipsa nascentis Ecclesiæ rudimenta tentauit, et ante alias hæreses prima apparuit. Cuius erroris vesania, licet extunc damnata fuerit, postea tamen in Ecclesia germine pestifero pullulauit, Et in epistola ad Clotharum regem Francorum. Peruenit ad nos, quod sacri illius ordines cum datione pecuniæ conferantur. Et vehementer affligimur, si ad Dei dona non meritis

AA. 8. 17.  
Eph. 5. 5.  
Epip. hæ. 21.

A tract. 10. in  
1. cap.

Cyp. de ieiun.  
G. in 4. Psal.  
pœnit.

A. in Psal. 130.

A de dignis Sa-  
cerd. c. 5.

Amb. c. 19. Luc.  
Aug. tract. 5. in  
Ioan.

A. c. 5.  
Tertull. de præ-  
scrip.  
G. in 4. Psal.  
pœnit.  
Id. lib. 9. ep. 5. 5.

c. parer. 7. q. 7.

acceditur, sed premiis proficitur. Et quia hæc Simoniacæ hæresis prima in Ecclesia surgens Apostolorum est auctoritate damnata, perimus ut congregari Synodum facerent. Hæc ob causas PASCALIS Papa apud Gratianum Simoniacæ hæc censura perculit. Patet, inquiens, Simoniacos veluti primos et præcipuos hereticos ab omnibus fidelibus respuendos, et si commoniti non respuerint, ab exteriorum potestatibus opprimendos, omnia etiam crimina ad comparationem Simoniacæ hæresis quasi pro nihilo reputantur.

Amb. c. 1.

IV. REMED. Considera deterrimos Simoniacæ labis effectus vel fructus. Primò enim extrema feditate animam hominis conspurcat, quod descripsit in libro de dignitate sacerdotali B. AMB. h's verbis, dum agit de Episcopo Simoniacè ordinato. Oculis quidem carnalibus videtur quasi Episcopus magnus, et diuinis obtutibus videtur leprosus magnus. Per pecuniam acquisiuit in debitum ordinem, et Deum perdidit in interiore homine. Caro suscepit dignitatem, et anima perdidit honestatem. Caro ancilla domina facta est anima, et anima, que erat Domina, facta est famula carni. Caro dominatur populis, et anima seruit laicis. Carni sacerdotium comparauit, et animæ detrimentum parauit. Quod dedit ut ornaretur Episcopus, aurum fuit, et quod perdidit, anima fuit. Cum altum ordinem, quod accepit, pecunia fuit, et quod dedit, lepra fuit. Hæc sunt mercimonia iniquorum in perniciem eorum. Et quid prodest homini huiusmodi, si totum mundum lucratur, et anima detrimentum patitur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?

Matth. 16. 26.  
Matth. 5. 14.

Et infra. Ecce ad quæ mala voluitur deificus ordo. ecce ad quæ probra sunt prolapsi sacerdotes, qui audire meruerunt à iudice mundi. Vos estis lux huius mundi. SECUNDO hæc labes sua contagione plures solet inficere, ac minimum duos. Vnde

G lib. 7. ep. 110.

B. GREG. quibusdam Episcopis ita scribit. Tamen exerit ad huc nequitia (Simoniacæ) prauitas vires suas. Nam cogit vendere, quos decipit ut emerent. Et dæmon non attenditur, quod diuina voce precipitur. Gratis accepistis, gratis date: agitur ut crescat, et geminata fiat in vno eodemque delicti contagio, ementis scilicet et vendentis.

Matt. 10. 8.

Et albi Castorio. Non largus præmiis, sed dignus meritis, (in Episcopum) eligatur. Nam et electum et eligentes par pena respicit, si sacerdotij sinceritatem mente sacrilega violare tentauerint. TERTIO vniuersum Ordinem Ecclesiasticum in summum adducit contemptum, et à fundamentis euertit. Vnde idem

Ep. 23. lib. 4.

GREG. mærens ita scribit ad Brunichildem Francorum Reginam. Illud omninò execrabile, et esse grauissimum detestamur, quod sacri illius Ordines per Simoniacam hæresin, que prima contra Ecclesiam orta, et districta maledictione damnata est, conferantur. Hinc igitur agitur, ut sacerdotij dignitas in despectu, et sanctus sit honor in crimine. Perit vique reuerentia, adimitur disciplina: qua qui culpas debuit emendare committit, et nefaria ambitione honorabilis sacerdotij ducitur in deprauationem.

Id. ep. 113. lib. 7.

cenfura. Nam quis denudò veneretur, quod venditur? aut quis non vile putet esse, quod emitur? Vnde valde contristor, et terra illi condoleo, quia dum sanctum Spiritum, quem per manus impositionem omnipotens DEVS hominibus largiri dignatur, diuino

nerē habere despiciunt, sed praeiis assequuntur, sacerdotium illic subsistere diu non arbitror. Nam ubi dona superna gratia venalia iudicantur, ad Dei seruitium non vitantur, sed magis contra Deum pecunia venerantur. Et ad Ioannem Episcopum Corinthiorum. Peruenit, inquit, ad nos, quod in illis partibus nullus ad sacrum Ordinem sine commodi datione perueniat. Quod si ita est, stens dico, demens denuncio, quia cum sacerdotalis Ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus qui per ex Euangelio, quid redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus templum cathedras vendentium columbas euertit. Columbas enim vendere, est de sancto spiritu, quē Deus omnipotens consubstantialē sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo ut praxi, malo, tam innuitur quid sequatur: quia qui in templo Dei columbas vendere praesumpserunt, horum Deus iudice cathedrae ceciderunt.

Id. ep. 95. l. 4.

Matth. 21. 12.  
Ioan. 8. 14.

V. R E M E D. Considera quam graues poenae in simoniacos primum ab Apostolis, deinde à summis Pontificibus, Episcoporumque plurimis conciliis partim Oecumenicis, partim prouincialibus sint decretæ. Ac Apostolorum quidem coriphæus B. P E T R V S primum Simoniae parentem damnatione æterna dignum pronunciauit, cum dixit. *Pecunia tua te cum sit in perditionem, ut interpretatus est post B. Gregorium, Venerabilis Beda.* Imprecatio, inquit Beda, & maledictio est praeuidētis diuinam de Simone sententiam, & huius reprobationē, atque æternam perditionem. Deinde & fulmine excommunicationis à fidelium cœtu, cui per baptismum iam insertus erat, eum separauit, cum ait. *Non est tibi pars, neque fors in sermone isto, vel in fide ista.* Nam Apostoli omnes postea canonem condiderunt his verbis. *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiciatur & ipse & ordinator, & à communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon magus à Petro.* Apostolorum exemplum vniuersa deinceps secuta est Ecclesia. *Hanc nefandissimam prauitatem, inquit Magnus GREG. sancta vniuersalis omnino damnat Ecclesia.* Ita damnauit Synodus Oecumenica Chalcedonenſis, & Synodus quæ dicitur sexta. Ita aliæ generales quæ Ecclesiam vniuersalem representarunt. Ita variis sanctionibus Romani antistites. Omnes autem poenae quas in Simoniacos fulminarunt, numerantur ferè sex. Prima est de qua dixi, Excommunicationis latæ sententiæ. 2. suspensio ab ordine per Simoniam suscepto. 3. Restitutio pretii dati, & spiritualis rei resignatio cum potest resignari. 4. infamia. 5. inhabilitas ad beneficium Simoniacè acceptum. 6. priuatio omnium beneficiorum etiam iustè acquiritorum & ad omnia inhabilitas. De quibus multa inuenies apud Gratianum in decreto, Decretalibus, & Extrauagantibus.

Act. 8. 10.

Gl. 4. mor. c. 6  
Beda in Acta.

Can. 39.

G. ep. 95. lib. 4.

VI. R E M E D. Considera exempla eorum, qui ob res sacras emptas venditæ diuinitus olim in veteris vel noui testamenti scriptura puniti

H. ep. 126. &  
 Trad. c. 27. & 49  
 leguntur. **PRIMUM** producit **B. HER.** ad Euagrium, & in Traditionibus  
 Hebraicis de **ESAV**, qui ius primogenituræ, id est, Sacerdotii, vili cibo les-  
 ticulari vendidit. Hebræi enim tradunt, inquit, quod usque ad Sacerdotium de-  
 ron omnes primogeniti ex stirpe Noe, cuius series & ordo describitur, fuerint Sacerdotes  
 & Deo victimas immolarint, & hæc esse primogenita, qua **ESAU** fratri suo vendidit  
**Iacob**. Qua de causa Apostolus forte in epistola ad Hebræos **ESAV** pro-  
 num, id est sacrilegum appellauit, dicens, Ne quis fornicator, aut profanus, ut  
**ESAU**, qui propter unam escam vendidit primitiua sua. Scitote enim, quoniam & popu-  
 cupiens hereditare benedictionem reprobatus est: non enim inuenit penitentiam licet  
 quanquam cum lachrymis inquisisset eam, id est, benedictionem. Vnde non solum  
 propheta **Malachias**, verum etiam **B. Paulus** ad Romanos **ESAV**  
 proponit velut typum spiritualem omnium reproborum, sicut **IACOB**  
 electorum, iuxta Dei oraculum. **Iacob dilexi ESAU** autem odio habui. **DVO** fi-  
 res erant, scribit **B. AUG.** in enarratione psalmi 46. **ESAU** & **Iacob**, in utroque  
 matris ambo consuegebant, & de consuetu viscera maternæ quærebantur, & ibi cum  
 essent, electus est minor, & præpositus est maiori, & dictum est. Duo populi sunt in ro-  
 tuo tuo, & maior seruiet minori. Per omnes gentes maior, per omnes gentes minor, sed  
 minor in bonis Christianis, electis, piis, fidelibus: maior in superbis, indignis, peccatis-  
 bus, contumacibus, sua peccata defendentibus magis, quam consentientibus: qualis etiam  
 ipse populus Iudæorum fuit, ignorans Dei iustitiam, & suam volens constituere. **A-**  
**TERTIUM** exemplum producit **B. AMB.** in lib. nuper citato de dignitate  
 Sacerdotali de **GIEZI** **Elisæi** prophetæ famulo lepra diuinitus percussus,  
 quod à **Naaman Syro**, quem magister eius miraculosè à morbo lepræ  
 nare, in inera accepisset, de quo in quarti Regum libri historia. **Luceo**,  
 quod iam coarctet nos libelli huius prolixitas, sollicitudo tamen fraterni nos retinet  
 amoris illorum præcipue sacerdotum, qui mētis tepore hebetati sacerdotalem diffamant  
 bonorem & **Giezi** sectantes & **Simonis** sententiam sancti **Episcopatus** gratiam pecu-  
 niis coemerunt, nequaquam timentes se lepram cum **Giezi** à sancto suscepisse. **Elisæi**  
 Quibus cum ista dixerimus, sufficere debuit suam comparando lepram possidere. **Ecce**  
**Id. lib. 4. c. 4.** **Lucam** ita loquitur. Cito turpem sequitur lepra mercedem, & pecunia cor-  
 animus que malè quaesita commaculat. Accepisti, (inquit **Elisæus**) pecuniam, & possi-  
 debis ex ea agrum, & vineas, & oliueta, & greges, & lepra **Naaman** adheret tibi &  
 femini tuo usque in sempiternum. Vides quia facti auctoris successio damnatur huius-  
 dis. Inexpiabilis est enim venditi culpa ministerii, & gratiæ vindicta cælestis retri-  
 ad posteror. **TERTIUM** sic Iudæa proditoris, quod in medium afferunt  
**B. Cyprianus**, **S. BASILIVS.** & **B. Cyillus** Hierosolimitanus, Is enim  
 non reformidauit ipsum sanctum sanctorum triginta argenteis vendit.  
**Judas** ille proditor, inquit **Cyprianus**, venditurus magistrum prætaxatum pretium  
 à Principibus exegit sacerdotum. Quid mihi, inquit vultis dare & ego eum vobis red-  
 dam? usque ad mortem Domini amor lucri se ingerit, nec vitæ Saluatoris quaerit de-  
 derit.

Cyp. de ieiun.  
 Bas. sup. 76.  
 Cyp. carec. 15.  
 Matth. 26: 14.

derium parit. Etiam in sinu sacerdotum ambitio dormit, &c. Et Basilius. Propter auaritiam ista fiunt, id est, post manum impositionem pecunia accipitur. Auaritia verò malorum omnium radix est, & idololatria vocatur. Ne velitis igitur modicæ pecuniæ gratia idola Christo præferre, neque *IVDAM* sectantes quaestus gratia secundo illum prodere, qui semel pro nobis cruci est affixus. Alioqui & ipsi agri & manus eorum qui hosce fructus merent, *Acheldama* vocabuntur. Cuiusmodi autem interitus fuerit *IVDÆ* exponit *B. LVCAS* in Actis Apostolicis. Et hic quidam, inquit, possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. *PAPIAS* S. Ioannis discipulus, apud *Oecumenium*, asserit rupto laqueo superuixisse, ac postea crepuisse curru compressum, cum corpore inflatus progredi non posset, capite oculisque tumuisse, vermes è corpore cum sanie scaturisse, & demum ex mortui cadauere tam tetrum odorem exhalasse, vt locus in quo decessit, non nisi obturatis naribus præteriri posset. *POSTREMVM* sit Simonis Magi, cuius miserimum exitum *B. PETRVS* sua imprecatione non obscure prælagisse videtur; descriperunt autem ex Patribus quam plurimi. Adscribam tantum verba *B. Maximi Taurinensis* Episcopi. Cum inquit, *SIMON* se Christum diceret, & tanquam filium ad Patrem assereret volando se posse conscendere, at que elatus subito Magicis artibus volare cepisset, tunc Petrus, fixis genibus precatus est Dominum, & precatione sancta vicit magicam leuitatem. Prior enim ascendit in cælum ad Dominum oratio, quam volatus, & ante peruenit in ista petito, quam iniqua præsumptio. Ante Petrus in terris obtinuit quod petebat, quam Simon peruenit ad cælestia, quo tendebat. Tunc igitur Petrus velut victum illum de sublimi aëre deposuit, & quodam præcipitio in saxo elidens eius crura confregit. Et hoc in opprobrium facti illius: vt qui paulo ante volare tentauerat, subito ambulare non posset: & qui pennas assumpserat, plantas amitteret.

VII. *REMED.* Considera exempla Simoniacorum, qui ob Episcopatus, aliasue dignitates Ecclesiasticis pretio cõparatas vel distractas puniti leguntur in historia Ecclesiastica. Describam hic terna tantum exempla ex vndecimo tomo Annalium Cæsaris Baronii. Primum sumptum est ex *Wilhelmo Malmesburiensi* de gestis Regum Angliæ Tempore, inquit. *Conradi Paris* (*Henricus II. Imperator*) à quodam clerico fistulam tulerat argenteam, qua pueri ludo aquam iaculantur, patiens Episcopatum, cū foret Imperator, adultus repetenti pollicitum impigre dederat. Nec multo post aspera valetudine correptus decubuit, morbo crescente, triduo exsensus & mutus tacuit, cū in solo pectore vitalis halius palpitaret. Nec alius visus inditum erat, quàm quod manu ad nares apposita quætuluscunq; sentiebatur anhelitus. Episcopi presentes triduoano inditio ieiunio, lacrymis & votis pro visa regis superos pulsabant. Quibus, vt credi fas est, remediis conualescens, accitum Episcopum, quem iniuste fecerat, sententia Concilij deposuit, professus se toto triduo demones infestos vidisse stammam in se per fistulam iaculantes a leo peritnacè, vt noster ignis in comparatione illius locus pueritur, & nibi calere. Inuenè inter hæc seminifistulam læu aduentasse

Act. 1.18

Oecum. in c. 1. Act.

Act. 3.10.

Tom 3. Amb. hom. 66.

Baron. ad ann. 1047.

V. Vilh. l. 2. c. 20.



s. c. 19.

Sax. ann. 1057.

Dam. lib. 1. ep. 9.  
ad Nicol. II.  
Pap.B. anno Christi  
1047.

ferentem immensa magnitudinis calicem aureum aqua plenum, cuius visione, & lab-  
cis asp. r. gine delinitum extinctis ardoribus in sanitatem euasisse. Ephabū illum beatum  
fuisse Laurentium, cuius Ecclesia tectum longa carie dissolutum compaginavit, & pro-  
ter alia xenia calice aureo honorificauit. Idem refert VINCENTIVS Bellouacen-  
sis in speculo historiali. ALTERVM sumptum est ex Nicolao Aragonio  
Cardinale, qui colligens res gestas Romanorum Pontificum ita scribit.  
Residentibus in synodo Lugdunensi Archiepiscopis, Episcopis, & aliarum Ecclesiarum  
Prelatis Archiepiscopus quidam, vii. litteratus & eloquens accusatus est de crimine  
Simonie. Qui sequenti die omnes suos accusatores pecunia corrupit, & sibi amicus fi-  
cit. Mane autem facto rediens ad Synodum audacter dixit. Vbi sunt qui me accusant  
exeat in publicum quicumque me voluerit damnare. Tunc obmutescentibus caeteris  
(Archidiaconus Hildebrandus, quem à latere suo Pontifex in Franciam  
miserat) tanquam vir discretus & sapiens conuertens se ad illum, dixit. Credis  
Archiepiscope Spiritum sanctum cum Patre & Filio vnā esse substantiam Deitatis?  
quo respondente, Credo: addidit Archidiaconus. Dic Gloria Patri & filio, & Spi-  
ritui sancto, Tunc ille, Gloria Patri & filio, exp. diē dicebat sed Spiritum sanctum  
nullatenus proferre poterat. Quem cum frequenter inchoaret, & nihil proficeret, videns  
se per diuinum iudicium omnino confusum, procidit ad pedes Archidiaconi, & confusus  
est proprio ore se Simoniacum esse. Postquam verò à sacerdotali & Episcopali officio  
est depositus, Gloria Patri & filio & Spiritui sancto libera & clara voce decantauit.  
Quod factum simoniacos in tantum perterruit, quod præter alios Prelatos Ecclesiam  
viginti septem, Episcopi quadraginta quinque Simoniacos se esse confessi sunt, & sui  
honoribus absque vlla alia accusatione renunciauerunt. Hæc ibi. PETRVS Damia-  
ni eandem historiam breuiter recitans, addit, tam hunc, quam quinque  
alios Episcopos ab eodem Hildebrando tunc fuisse Apostolica autori-  
tate depositos. TERTIVM ab eodem Cardinale Baronio sumptum ex  
GLABRO Historico de Henrico II. Imperatore, quomodo crimen Si-  
monie occultè & ignoranter admissum in se vindicari. Contigit, inquit,  
tunc temporis, vt Abbas cuiusdam monasterii honesta possessionis æquum valde pi-  
um presentaret, quatenus in loco sibi commisso ipsius (Imperatoris) amicitia con-  
ciliaret. Fuerat autē idem equus, ignorante Abbate, cuidam militi clam sublati, & sine  
pretio vanundatus. At Imperator gratanter illum suscipiens, suimet electioni man-  
cipauit. Quodā igitur die eidem equo insidens iter agebat: obuiā fit ei miles, cui præfatus  
equus furtim sublati fuerat: qui in prudenter aggrediens Imperatori, in basium suum  
prorupit verba. Tu, inquit, o Rex, qui censuram debes tenere totius iustitia, equum  
modo fraudulenter abstractū cerneris possidere. Cui illico Rex tale protulit responsum.  
Situus, inquit, est equus vt ais, accipe illū cum sessore, & educ tecū, quo melius optet  
& habeas vtrumq; quousq; per solutionem furti accipias. Miles existimans sibi illius  
haberebat stupens. At rex cōpulit eum, vt manu iniecta duceret vtrumq; in suum domi-  
nium aspicientes verò, qui circumstabant ingenti admiratione stupuerunt. Ita neque  
voluit

voluit suo exemplo admonere sibi subditos Imperator, magno sui periculo possideri alienum, crimenq; Simonia, in ipso quoque Principe vindicandum: ob idque sic questus est. *Qua grates referenda sunt illi viro, qui me tam subdole in hanc impulit captivem? Qui dum ab vniuersis horribiliter detestaretur, ait Rex, adducite illum, vt secundum illusionem, quam in me gessit, in eo vindicetur.* Ita quidem fremens Imperator, tamen in seipsum, qui munus accepisset in Abbatia inuestitura, maluit poenam illam conuertere, priuans seipsum Abbatia collatione. pergit enim Glaber. *Dumq; praefatus Abbas accessus fuisset, ait ei. Depone baculum regiminis pastoralis, quem credis largitione mortalis hominis debere gestari. Quem cum a se profecisset, suscipiens illum Rex, imposuit dextrae imaginis Saluatoris. Vade, inquit Abbati, et suscipe illum de manu omnipotentis Regis, nec vltra pro eo debitor sis alicuius mortalis, sed liberè vtire eo, vt docet culmen tanti nominis. Hucusque ille.*

VIII. REMED. Cum propter auaritiam, vt B. BASILIVS aliiq; Patres monuerunt hoc crimen Simonia praecipuè incurratur, firmiter apud animum tuum decerne, te nullam in vlla re remunerationem quaeriturum. Hoc remedium praescripsit B. GREG. in Euangelicis homiliis. *Sunt, inquit, nonnulli, qui quidem nummorum praemia ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur, atq; de largitate eadem laudis solummodo retributionem quaerunt. Hi nimirum, quod gratis acceptum est, gratis non tribuunt: quia de impenso officio sanctitatis nummum expetunt fauoris. Vnde bene cum iustum virum describeret Prophetas, ait. Qui excutit manus suas ab omni munere. Neq; exim dicit: qui excutit manus suas à munere, sed adiunxit, ab omni: quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus qui ppe ab obsequio, est subiectio indebitè impensa, munus à manu, pecunia est, munus à lingua, fauor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus, non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit.*

IX. REMED. Cum verò & superbia, honorumq; cupiditas cum Simone Mago multos stimulet ad aucupandos pecunia Episcopatus, aliasque Praelaturas Ecclesiasticas, alio antidoto opus habes nempe Humilitatis & gloriae humanae contemptus. Id tradit B. AVG. in Psalmum 130. Nam cum dixisset Simonem Magum ideo deliquisse, quod voluerit ingredi in mirabilibus super se, plusq; delectatum fuisse potentia Apostolorum quam iustitia, quod visibiliter darent Spiritum S. subiicit haec verba. *Si, fratres, vnus quis que, quod potest iuste egerit, et in eo quod alius plus potest (nempe miraculum faciendo) non inuiderit, sed congratulatus fuerit, tanquam in vno corpore cum eo constitutus, pertinet ad eum vox ista Psalmi. Domine non est exaltatum cor meum, neq; in altum elati sunt oculi mei, neq; ingressus sum in magnis, neq; in mirabilibus super me. Quod enim excessit vires meas, ait, non quaesui, non ibi me extendi, non tibi magnificari. Nā ista exaltatio de abundantia gratiarum quam sit timenda, ne*

M m m

quis

Eccli. 1. 18.  
Luc. 10. 7.

qs de dono Dei superbiat, sed magis seruet humilitatē & faciat, quod scriptū est. Quis magnus es, tanto humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Probato inde hoc antidotum suum exemplo Apostolorum. Apostoli, ait, dixerunt Domino, cum missi essent a Domino. Ecce Domine in nomine tuo etiam demonia vobis subiecta sunt. Vidit Dominus, quod tentaret eos superbia ex potentia miraculorum, et ille qui medicus venerat sanare tumores nostros, et ferre infirmitates nostras contra ait. Nolite in hoc gaudere, quia demonia vobis subiecta sunt, sed gaudere, quia nomina vestra scripta sunt in celo. Non omnes Christiani boni demones eiciunt, omnium enim nomina scripta sunt in celo. Non eos voluit gaudere ex eo, quod proprium habebant sed ex eo, quod cum ceteris salutem tenebant. Inde voluit gaudere Apostolos, responde des et tu. Intendat caritas vestra. Nullus fidelis habet spem, si nomen eius non est scriptum in celo. Omnium fidelium, qui diligunt Christum, qui ambulant viam eius humiliter, quam ipse docuit humilis nomina scripta sunt in celo. Cuiusvis contemptibilia in Ecclesia, qui credit in Christum, et diligit Christum, et amat pacem Christi, nomen scriptum est in celo, cuiuslibet quem contemnis. Sic Augustinus.

VIDE V. Ambicio. Auaritia. Munerum corruptela. Superbia. V. Iura.

## SOCIETAS PRAVA

### Remedia contra Pravam Societatem.

Prou. 1. 10.

Eccli. 7. 1.  
Eccli. 13. 1. 2.

1. Cor. 5. 6.

2. Cor. 6. 14.

2. Theff. 3. 6.

Psal. 17. 26.

Prou. 27. 20.

Eccli. 37. 35.

Basil. quasi. 6.

**I** REMED. Considera testimonia diuinæ scripturæ. Primo enim dissuadet consortium maiorum. *Fili mi*, inquit Salomon, *si te latuerint peccatores ne acquiescas eis, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a seminis eorum*. Et Ecclesiasticus *Discede ab iniquo, et deficient mala abs te*. Et. *Omnis homo simili sui sociabitur. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. Quæ communicatio sancto homini ad canem?* Et. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, et qui communicauerit superbo induet superbiam*. Et B. Paulus. *Modicum fermentum rotam massam corrumpit*. Et. *Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial?* Et. *Denunciamus vobis fratres in nomine Domini nostri IESU Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante*. Deinde hortatur ad consortium bonorum. Cum sancto ait Rex Dauid, *sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum peruerso peruerteris*. Et Salomon. *Qui cum sapientibus gradatur sapiens erit: amicus stultorum similis efficitur*. Et Syracides. *Cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoueris obseruauit timorem Dei*.

**II** REMED. Considera SS. Patrum dicta. **BASILIVS** in regulis suis disputatis. *Promissus vitam agere cum his, qui securi perfectam illam Domini preceptorum*

reptorum observationem contemnunt perniciosum esse etiam ipse Salomon docet. Sic enim est apud ipsum. Noli amicus esse homini iracundo, neque habitaueris cum viro furioso, ne forte discas vias eius, & sumas laqueos anime tua. Et item illud. Exite de medio eorum, & separamini, nimirum eodem pertinet. Et in homilia, Quod Deus non sit autor malorum. Remera noxia sunt amicitia, quæ cum malitia contrahuntur.

Prou. 22. 24

Isa. 52. 11.  
Id. hom. 7.

Nam eadem amicitia huius lex & vis, & per similitudinem malitiam coniunctis indat. Quamobrem rectè proverbium dicit. Corruptunt bonos mores colloquia prava. Ut enim in pestilentibus locis sensim attractus aer labentem corporibus morbum inicit: sic in prava consuetudine ac conversatione maxima nobis mala hauriuntur, etiam si statim incommodi non sentiatur.

Greg. Neocæs.  
ia. c. 4.

GREG THAVMATVRGVS in Ecclesiasten. Qui contubernii necessitudine iuncti sunt, & prosperi successus voluptatem sibi inuicem conduplicant, & rerum præter voluntatem fluentium tempestatem leniunt: adeo ut & diu mutua libertate splendescant, & noctu honestate & gravitate fulgeant. Contra, qui vitam ab omni hominum societate se motam ducit, horrendam quandam vitam traducit, non intelligens eum temerè, ac periculosè sibi consulere, qui multos homines mutuo presidio circumseptos adortus fuerit, ac præterea funem triplici nexu contextum haud quaquam facile perfringi solere.

Amb. lib. 1. ep. 4

AMB. ad Irenæum. Noxia sunt conversationes cum insipientibus, & inficitur sobriam mentem, ac decolorant: quia sicut adherens sancto sanctus eris, ita cum peruerso peruersus eris. Frequenter enim accidit, ut quis contra propositum suum intemperantem audiens, cum velit ipse continentia disciplinam tenere, furo insipientia coloratur, meritoque contraria sibi sunt, & repugnantia, disciplina atque insolentia.

Hier. ep. 10.

HER. ad Furiam, de viduitate seruanda. Iuuenum suæ consortia, comatulos, conpros, atque lasciuos, domus tuæ tella non videant. Cantor pellatur ut noxius, Fiducinas & psalterias, & istiusmodi chororum diaboli, quasi mortis fera Sirenarum carmina, proturba ex aedibus tuis, & c. Sanctarum viduarum sollicitudinem appete. Et in epistola ad Damasum Papam, tractans verba illa Isaiæ.

Hier. ep. 142.  
Ia. 6.

In medio quoque populi immunda labia habentis habito. Isaias, inquit, qui compunctus est, & se miserum contestatur, purgatione dignus efficitur. Populus verò non solum non agens penitentiam sed nesciens quidem, quia labia habebat immunda, purgationis remedium non meretur. Providendum igitur sub hoc exemplo, non solum ut ipsi sumus iusti, sed ne cum peccatoribus moremur, quia hoc in peccati ac miserie parte docuit propheta. BERN. de conversione S. Pauli. Agnoscite dilectissimi, & expauescite consortia eorum, qui salutem impediunt animarum. Horrendum panituit sacrilegium, quod & ipsum videtur excedere facinus, qui Domino maiestatis manne sacrilegas iniecerunt.

Bern. serm. 1.

III. REMED. Da operam ut si inter malos viuas, quam primum, si fieri potest, te ab illis separe: si vero degas inter bonos nequaquam te malis adiungas, tum quia Spiritus Sanctus consulit & mandat locis scripturæ iam citatis, tum quia in luculentum salutis discrimen te conuicies. Qui autem amat periculum, ait Sapiens, peribit in illo. Hieron in hanc

Ecclesi. 3. 27.  
Hieron. c. 3.  
Ezech.

rem affert exempla duorum maximorum Prophetarum, Ezechielis & Moÿſis, qui separata à populo Israel peccatore domicilia habuerunt.

Scriptum est inquit de Ezechiele. Ego eram in medio transmigrationis iuxta fluvium Chobar. Separata enim erat Prophetia conuersatio, & iniquorum offendebatur aspectu. Hoc idem faciebat & Moÿſis, procul à castris multitudinis figens tabernaculum. Eadem de causa in veteri testamento Deus noluit filios Israel coniugum vel foedera inire cum vicinis gentibus, ne ab eis peruerterentur. Non accipies, mandat in Exodo, uxorem de filiabus eorum filiis tuis ne fornicari faciant.

Exod. 34. 16. 11. filios tuos in Deos suos. Et. Caue ne unquam cum habitatorib. terra illius iungas amicitias, quae sint tibi in ruinam. in nouo verò idem vetuit Apostolus Christianis.

2. Cor. 6. 14. Nolite, inquit, iugum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? Et Ecclesia Christi eadem de causa inhiibuit matrimonia cū hereticis. Imo Christus voluit etiam filios à parentibus, & amicos ab amicis separari, cum ex commoratione periculū est salutis. Si quis venit ad me, ait,

Luc 14. 26. & non odit patrem suum & matrem & uxorem, & filios, & fratres & sorores, adhuc carum & animam suam non potest meus esse discipulus. Hier. ad Gerontium, de monogamia. Si scandalizat, inquit, Apostolus, esca fratrem, in aeternum carnem non manducabo. Dicamus & nos si scandalizat soror, vel frater, non unum & alterum, sed totam Ecclesiam nec sororem video, nec fratrem. Melius est rem familiarem minui, quam salutem animam perire. Melius est amittere, quod velimus, nolimus, aliquando periturum est. Melius sponte dimittere, quod amittere, pro quo omnia dimittenda sunt. Eodem spectat illa ciuidem ad Heliodorū, de laude vitae solitariae. Recordare tyrocinii tui diem, quo Christo in baptismo consepultus in sacramenti verba iurasti, pro nomine eius non te patri parciturum esse, non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo Christum conatur occidere licet paruulus ex collo pendeat ne pos: licet sparso crine & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat, mater ostendat: licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, sicis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelium.

Id. ep. 1. IV. REM. Si non potes facile defugere Societatem malorum, ut si habitas in ditione haeretica, (sicut tempore Apostolorum pauci Christiani non poterant defugere cohabitationem gentilium, de quibus. B. Paulus dicit. Calioquin debueratis de hoc mundo exisse) fac ex necessitate virtutē, hoc est, ita vitam instituas tuam, ut non solū nemini sis offendiculo, verum etiā preclaro virtutis exemplo: multis sis Christi bonus odor Deo, ut loquitur Apostolus, vitae in vitam, & sine reprehensione in medio nationis prauae & peruersae degas, inter quos lucetis, ait ad Phil. sicut luminaria in mundo verbum vitae continentes. Habentis inquit B. Petrus, conuersationē inter gentes bonā, ut in eo quod detrahant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in dā visitationis. Vnde triplex potes capere solatium. Primū, quod inter malos inculcate viuendo conuicere potes te numerandū inter perfecte bonos.

Neque enim perfecte bonus, inquit B. GREG. in Ezechiel. nisi qui iuerit & carum malis

1. Cor. 5. 10. non poterant defugere cohabitationem gentilium, de quibus. B. Paulus dicit. Calioquin debueratis de hoc mundo exisse) fac ex necessitate virtutē, hoc est,

2. Cor. 2. 15. ita vitam instituas tuam, ut non solū nemini sis offendiculo, verum etiā preclaro virtutis exemplo: multis sis Christi bonus odor Deo, ut loquitur Apostolus, vitae in vitam, & sine reprehensione in medio nationis prauae & peruersae degas, inter quos lucetis, ait ad Phil. sicut luminaria in mundo verbum vitae continentes. Habentis inquit B. Petrus, conuersationē inter gentes bonā, ut in eo quod detrahant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in dā visitationis. Vnde triplex potes capere solatium. Primū, quod inter malos inculcate viuendo conuicere potes te numerandū inter perfecte bonos.

Phil. 2. 15. ita vitam instituas tuam, ut non solū nemini sis offendiculo, verum etiā preclaro virtutis exemplo: multis sis Christi bonus odor Deo, ut loquitur Apostolus, vitae in vitam, & sine reprehensione in medio nationis prauae & peruersae degas, inter quos lucetis, ait ad Phil. sicut luminaria in mundo verbum vitae continentes. Habentis inquit B. Petrus, conuersationē inter gentes bonā, ut in eo quod detrahant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in dā visitationis. Vnde triplex potes capere solatium. Primū, quod inter malos inculcate viuendo conuicere potes te numerandū inter perfecte bonos.

Pet. 2. 12. Habentis inquit B. Petrus, conuersationē inter gentes bonā, ut in eo quod detrahant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in dā visitationis. Vnde triplex potes capere solatium. Primū, quod inter malos inculcate viuendo conuicere potes te numerandū inter perfecte bonos.

Greg. in Ezech. hom. 9. Neque enim perfecte bonus, inquit B. GREG. in Ezechiel. nisi qui iuerit & carum malis

Greg. in Ezech. hom. 9. Neque enim perfecte bonus, inquit B. GREG. in Ezechiel. nisi qui iuerit & carum malis

malis bonus. Hinc beatus Tob. addit, de semetipso asserit dicens. Frater fui draconum, & socius struthionum. Hinc Paulus Apostolus discipulis dicit. In medio nationis prave, inter quos laceris, &c. Tolerandi ergo ubique sunt proximi, quia Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet. Et ad Theoclytam patriam. Pensate quaso, inquit: ubi erit patientia, si deest, quod toleretur? Ego Abel esse non suspicor, qui Cain non habuerit. Boni enim si sine malis fuerint, perfecti esse boni non possunt, quia minime purgantur. Ipsa autem malorum societas purgatio bonorum est. Alterum solatium est, quod à condito orbe semper mali mixti bonis ad eos exercédos fuerint. Tres in arca, ait ibidem Gregorius, filii Noe fuerunt. Vnus irrisor patris extitit. Duos Abraham filios habuit, sed tamen carnalis eius filius est repromissionis filium persecutus. Duos Isaac filios habuit, sed vnus qui spiritualis extitit ante minas carnalis fratris fugit. Duodecim filios Iacob habuit, sed vnus, qui rectius vivebat vndecim in Egypto vendiderunt. Addit exemplum Dauidis, Iob, Ezechielis, Loth, 12. Apostolorum, &c. Tertium est, quod inter malos viuendo piè, plus possis apud Deum mereri. Neque enim valde laudabile est, ait idem GREG. bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauioris culpa est inter bonos bonum non esse: ita immensi preconiè est, bonum etiam inter malos extitisse. Hinc Petrus magni laudibus Loth extulit, quia bonum inter reprobos inuenit dicens. Et iustum Loth oppressum à nefandorum iniusta conuersatione eripuit.

Iob. 30. 29.  
Phili. 2. 15.

Greg. l. 9. cp. 39.

Ibid.

Greg. lib. 1. mor. c. 1.

2. Pet. 2. 7.

V. R E M E D. Delectum habe in bonis sociis eligendis, ac primo eiusmodi elige, quorum contubernio non infameris, vt monet Nepotianum Hier. & iterum Gerontiam his verbis. Fuge personas, in quibus potest mala conuersationis esse suspicio, nec paratum habeas illud è tritito. Sufficit mihi conscientia mea, non curo quid de me loquatur homines. Et certe Apostolus prouidebat bona non tantum coram Deo, sed etià coràm hominibus, ne per illum nomen Dei blasphemaretur in gentibus. 2. dilige potius seniores & sapientiores, quam iuniores. Ita suadet AMBR. in officiorum libris. Sequatur, inquit, conuersationis electio: ut adiungamur probatissimis quibusque senioribus. Namque vt equalium vsus dulcior, ita senum tutior est: qui magisterio quodam & ductu vite colorat mores adolescentium, & velut murice probitatis insicit. Namque sibi qui sunt ignari locorum cum solertibus viarum iter adoriri gestiunt, quanto magis adolescentes cum senibus debent noui sibi iter vite aggredi, quo minus errare possint, & à verò tramite virtutis desistere? nihil enim pulchrius, quam eosdem & magistros vite & testes habere. Et rursum. Adolescentibus quoque vitæ vt claros & sapientes viros sequantur: quoniam qui congregitur sapientibus, sapiens est: qui autem coheret imprudentibus imprudens agnoscitur. Et ad instructionem itaque bonis iungi plurimum proficit, & ad probitatis testimonium. Ostendunt enim adolescentes se imitatores esse quibus adhaerint, & ea conualefcit opinio, quod ab his viuendi acceperint similitudinem, cum quibus conuersandi hauserint cupiditatem. Hunc delectum probauit quondam sapientissimus Orientis Imperator BASILIVS, cum ad Leonem filium co-

Hier. ep. 11.

Rom. 12. 17.

Amb. lib. 1. 43.

Bas. capita monitoria.

gnomento Philosophum ita scripsit. *Vere medicis animorum assidue, ut ipse animo valeas: ab eis enim discere poteris, quas res expetere, & à quibus abstinere debeas; quibuscum hominibus assuescere, & à quorum consuetudine abhorre, & quando vitam totam dispensare oporteat. ut ne in frequentes morbos incidas. Si hanc institueris viam, ad solida germanaque virtutis veros limites breui peruenire poteris.* Si iuniorum consuetudinem effugere non possis, ut si in ludo litterario verferis, adiunge te iis, quos cognoueris esse probatissimos, ut fere solent esse, qui nomen Sodalitati Partheniæ Annunciatæ, vel alii congregationis piæ dederunt. Ut sit, quoniam in nullo hominum coetu desunt quilibet sub ouina pelle tegant, generatim vnum illud documentum tenendum est, quod alicubi PLUTARCHVS auctor licet Ethnicus præscribit. *Vna, inquit, cauendi insidias occulte malorum ratio est, quod in promptu semper habendum memoria. Cum animi nostri pars vna veritati atque honestati: didicisti recte obtemperet, altera bruta, sit falsi appetens, incertis que obnoxia moribus, amicum semper meliori parti se accommodare consiliarium atque monitorem, instar medici sanam rem augentis atque conseruantis: adulatorem, (is est perniciosus sodalis) bruta & cupiditatibus addicta parti se applicare, eamque prauis voluptatibus submittentis scabere ac vitillare, & à recte rationis obsequio auertere.* Particulatim autem loquendo, cor grueniter huic monito, eos tantum adscisce in tuum contubernium qui à flagitiis retrahant, & ad virtutis studium accendant verbo & exemplo; idcirco velut pestes fuge, qui à litterariis exercitationibus, à concionibus, à piorum librorum lectione, ab incunda piorum sodalitate, à frequentatione Sacramentorum, à visitatione templorum absterrent, qui tabernas, conuiuia, nocturnas emanationes è domo, mulierum amicitias saltationes, aucupia, & eiusmodi alia cum iactura studiorum suorum, imò & salutis, amant & complectuntur.

VI. REMED. Considera, quot quantaque mala pariat praua societas. Filii Seth, ut constat ex Genesi, boni erant, sed postquam coniugia intererunt cum filiis Cain, tantis se inquinaverunt sceleribus, ut totum orbem Deus illuione deleuerit. LOTUS à pia Abrahami societate diuulsus quanta pertulit incommoda? A barbaris raptus est. facultates eius Sodomis accensæ sunt, inebriatus stuprum duabus filiabus intulit, Propheta quidam sanctus à Deo in Samariam missus, ut est in tertio Regum, cum altare, in quo impius Hieroboam thus adolerat, per medium secuisset, & arefactam eiusdem manum restituisset, tamen quia in reditu Societate Pseudoprophetae in sumendo cibo vsus est, à leone occisus est. Iosaphat quoque rex, quia cum rege impio Achab foedera amicitiae inuit, diuinam reprehensionem incurrit. S. Petrus item Apostolus simulatque Societatem reliquorum Apostolorum deseruit, & in domo Cayphæ impiis militibus aggregauit. Dominum tertio negauit. Adolescens ille quem s. Ioannes

P de discrim.  
adulat. & amici.  
ci.

Gen. 4. 6. 7.

Gen. 19.

3. Reg. 19.

2. Par. 19.

Matth. 26. 70.

Ioannes Euangelista Episcopo cuidam commendarat tanquam suum depositum, teste Eusebio Cæsariensi, consuetudine peruerforum sodalium non latro modo, sed princeps latronum factus est. GORDIANA Gregorii Magni amita, vti ipse deplorat in libro dialogorum, licet sanctissimo sororum suarum Tharsillæ & Æmilianæ exemplo fruere-  
 tur, tamen quia plus æquo gaudebat puellarum laicarum, & huic mundo addictarum consuetudine, à morte sororum miserè seducta est. A V-  
 GYSTINVS denique in libris Confessionum fatetur ad furtum po-  
 morum, se non pellectum, nisi ut placeret focis malis. *Quem fructum, in-  
 quit, habui miser aliquando in iis qua nunc recolens erubesco, maxime in illo furto: in  
 quo ipsum furtum amaui, nihil aliud, cum eo ipsum esset nihil, et eo ipso ego miserior?  
 Et tamen solus id non fecissem, sic recordor animum tunc meum. Solus omnino id non  
 fecissem. Ergo amaui ibi etiam consortium eorum cum quibus id feci. Et infra. Ecce  
 est coram te Deus meus viua recordatio animæ meæ. Solus non facerem furtum illud,  
 in quo libebat id quod furabar, sed quia furabar, quod me solum facere prorsus non  
 liberet, nec facerem. O nimis iniqua amicitia, seductio mentis inuestigabilis ex ludo et  
 ioco nocendi auaritas, et alieni damni appetitus, nulla lucri mei, nulla vlciscendi libidi-  
 ne, sed cum dicitur. Eamus, faciamus, et pudeat non esse impudentem. Quis aperit tor-  
 tuosissimam istam et implicatissimam nodositatem? Facta est, nolo in eam intendere,  
 nolo eam videre.*

Euslib. 3. c. 37.

Gre. 4 dial. e.  
16. & hom. 38. in  
Euang.

Aug. l. 1. c. 8 &amp; 9.

VII. R E M E D. Considera quot, quantaque bona patriat bonorum  
 societas. Quæ agnoscens regius Propheta in Psalmis exclamauit. *Ecce  
 quam bonum, et quam iucundum est habitare fratres in vnum, Quemadmodum, inquit  
 B. Basilius in Gordianum Martyrium, suauia aromatum odora menta proprium  
 quiddam per aerem continentem spirant, quib. presentes recreantur, ita vir bonus toti  
 sibi commemorantium contubernio salutaris et iucundus est. Luculentam certe  
 Christi Domini promissionem apud D. Matthæum habes. Vbi duo vel tres fu-  
 rint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. De quo dicto differens  
 B. Basilius in Cōstitutionibus monasticis. Si hoc, inquit, Dominus promisit v-  
 bi duo vel tres fuerint cōgregati, multo verisimilius est idem facturum, vbi frequentior  
 hominum piorum multitudo congregata fuerit. Quod autem bonum nō habeat,  
 qui in mediosui habent, in quo sunt omnia bona? Completa est ad ocu-  
 lum re ipsa hæc promissio mox post Christi resurrectionem, nam cum  
 duo discipuli in Emaus proficiscerentur interuenit eorum colloquio  
 Christus. cumque omnes Apostoli semel atque iterum licet ianuis clau-  
 sis vna essent, continuo in medio eorum constitit Christus dicens Pax  
 vobis. In Pentecoste verò cum 120. in vno loco consedisent omnes re-  
 pleti sunt Spiritu sancto. Quare non dubium est, quod tunc visibiliter  
 actum est, in piis hominum coetibus in nomine CHRIS TICO actis  
 nunc spiritualiter agi. Multas alias utilitates societatis bonorum perse-  
 quitur*

Psal. 132. 1.

Bas. hom.

Matth. 18. 20.  
Bas. c. 35.

Luc. 2. 25.

Ib. 36.

Act. 2. 1. 41.



Balq 7.

Hier ep. 4.  
Cass. coll. 19. c. 6.Amb. 2. offic.  
c. 20.

Deut 31. 7.

Gen. 13. 1.

3. Reg. 19. 29.

Act. 12. 25.

Act. 15. 27.

Act. 16. 3.

Gal. 2. 1.

Gen. 39. 5.

1 Reg. 19. 23.

4. Reg. 3. 14.

Gen. 18. 32.

Aug. lib. 5. con.

tel. c. 13.

Eccl. 1. c. 4. &amp; 8.

quitur B. BASILIVS in regulis fufius difputatis, cū demonftrat vitam cenobiticam folitaria multo eſſe tutiorem, & falubriorem. Et poſt eum Hier. ad Ruſticum monachum. & CASSIANVS in collationibus. Quantum verò conuerſatio cum ſenioribus fructum iuuenibus conciliant, aliquot exemplis declarat AMB. Inde, inquiens, tantus IESVS Naſe, quod eum non ſolum erudiuit ad legis ſcientiam Moyſi copula, verum etiam ſanctificanti ad gratiam, Moyſes cum Deo loquebatur. Ieſus pariter nube ſacra tegebatur, & c. Vnde factum eſt, vt qui fuerat ſocius conuerſationis, fieret ſucceſſor poteſtatis. Et poſt. Omitto, quod Abrahæ adhaeſit Loth adoleſcentulus etiam proficiſcenti, ne forte hoc propinquitatis magis fuiſſe exiſtimetur, & neceſſaria potius, quam voluntaria adiuuanti. Quid de Elia atque Eliſæo loquamur? Licet enim non expreſſe Eliſæum inuenim ſcriptura ſignificari, aduertimus tamen, & colligimus iuniorum fuiſſe. In Actibus Apoſtolorum Barnabas Marcum aſſumſit. Paulus Silam, Paulus Timotheum, Petrus Titum. Sed illis ſuperioribus videmus diuiſa officia, vt ſeniores conſilio praualerent, iuniores miniſterio. Demum proborum contubernium aliquando & melis proſuit. Nam vt eſt in Geneſi. Benedixit Dominus domus Aegyptii propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quam in agris cunctant eius ſubſtantiam. Saul quoque cum malus eſſet, & Dauidem perſequeretur, tamen vbi ad cuneum prophetarum venit, factus eſt etiam ſuper eum ſpiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat cum ceteris coram Samuele, & cecinit nudoſa die & nocte. Vnde & exiuit prouerbiū. Num & Saul inter prophetas? Eliſeus item propheta, rogatus ab impio rege Ioram, vt Deum pro ſe deprecaretur contra Moab, reſpondit. Viuit Dominus exercituum, in cuius conſpectu ſto, quod ſi non vultum Iofaphat regis Iuda erubeſcerem, non attendiſſem eandem te, nec reſpexiſſem. Ita ob ſocietatem pii regis Io'aphat rex impius Ioram ſeruatus eſt. Seruata eſſet & Sodoma ab excidio precibus patriarchæ Abraham, ſi vel decem iuſti in ea reperi fuiſſent vt liquet ex capite 18. Geneſeos. Avc. adhuc Manichæus, vt primum ſocietatem cum Epilcopo Mediolanenſi Ambroſio orbi terra tum in optimis, vt ipſe loquitur, natiuique Dei cultore inire cepit, initium quoque fecit emergendi ab erroribus, & ſedisque moribus. Sacris vero baptiſmi aquis ab Ambroſio tandem ablutum, ſocietatis ante inita beneficio ſecuti ſunt mox Alipius & Eudius.

VIDE. V. Chorea. Colloquia oſioſa. Conſuetudo prava Exemplum malum. Familiaritas nimia. Immodestia. Immortificatio paſſionum.

SPE.

## SPECTACULA ILLICITA.

*Remedia contra Spectacula illicita.*

**I. REMED.** Considera, quamuis expressè in diuinis litteris nihil sit de spectaculis, ea tamen Spiritus sancti oracula pugnare cum spectaculis illicitis, quibus impii hominum cætus, vanitates huius mundi, scurrilitates & foedæ voluptates passim improbantur & damnantur, quibusq; felices prædicantur, qui ab iis abstinuerint. Tertullianus producit illud Regii Psalms. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non sedit, & in cathedra pestilentia non sedit.* B. Ambrosius verò illud eiusdem. *Beatus vir, qui non respexit in vanitates, & in sanias falsas.* Et *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Chrysostomus illud Apostoli. *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitas aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem nos pertinet.* Et. *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, non in diabolo.*

Tertul. de spe.  
at. c. 3.  
Psal. 1. r.  
Amb. in Psal. 118  
Psal. 39. 5.  
Psal. 118. 37.  
Chry. hom. 6. &  
38. in Mart.  
Eph. 5. 2.  
Phil. 4. 4.

**II. REMED.** Considera, quam acri censura spectacula vetita perstringantur ab antiquis Patribus. B. Theophilus Antiochenus ad Autolyicum. *Nec monomachias, nec cetera spectacula spectare audemus, ne oculi nostri inquinentur, & aures nostræ audiant profana, quæ ibi decernantur, carmina, nempe dum Thyestis tragica facinora, commemorat, & Teræ liberos deuoratos recitat. Nec fas nobis est audire adulteria Deorum, hominūque, quæ suavi verborum modulantur mercede, & premiis inducī celebrant.* Verum absit, inquam, à Christianis, penes quos modestia & temperantia florent, continentia viget, &c. Clemens Alexandrinus in pædagogō. *Prohibeantur spectacula & acroamata, quæ nequitiæ verbis que obscenitate temere profusa sunt. Quod enim turpe factum non ostenditur in Theatris? Quod aut impudens verbum non proferunt, qui risum mouent scurræ & histriones?* Tertullianus de Corona militis. *Circa voluptates spectaculorum infamata conditio est ab iis qui natura quidem Dei omnia sentiunt, ex quibus spectacula instruuntur, scientia autem deficiunt. Illud quoque intellige, omnia à diabolo esse mutuata.*

Theoph. lib. 3.

Clem. 3. e. m.

Tertul. c. 6.

Cyp.

A. in Psal. 118.

**CYPRIANVS** de spectaculis. *Scriptura omnia spectaculorum genera damnauit, quando idololatriam sustulit, ludorum omnium matrem: unde hæc vanitatis & leuitatis monstra venerunt. Quod enim spectaculum sine idolo? quis ludus sine sacrificio? quod certamen non consecratum mortuo? Quid inter hæc Christianus fidelis facit, si idolatriam fugit, quid loquitur? qui iam sanctus sit de rebus criminosis voluptatem capit? Quis contra DEVM superstitiones probat, quas amat, dum spectat? Ceterum sciat hæc omnia inuenta demoniorum esse non DEI. B. AMBROSIVS* exponens illud Psalms. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Vanitas, inquit, est illa quam cernis in theatralibus ludis Pantomimum*

Nun

aspicis

Chry. hom. 6.

**SOSTOMVS** in Mathæum. Non est nostrum assidue ridere, resolu-  
chimis, molliri deliciis, sed eorum potius & earum, que spectantur in theatris, que  
in lupanaribus inquinantur, eorum qui ad hoc sunt facti, parasitorum, et adulter-  
rum. Non est, inquam, hoc eorum, qui ad æternum regnum vocati sunt, qui que in ce-  
lesti illa ciuitate conscripti: non est spiritalia arma gestantium, quoddam certe proprium  
est diabolo militantium. Ille enim est, qui etiam in artem iocos, lucis que di-

H. in vita.

gestit, ut per hæc ad se traheret milites CHRISTI. virtutis que eorum nervos facit  
molliores: propterea in urbibus etiam theatra construxit. B. HIERONYMVS agens  
de B. Hilarione. Credeus, ait, in Dominum IESVM non Circi furoribus, non arena

A. c. 1. 83.

sanguine, non theatri luxuria delectabatur, sed tota illi voluntas erat in congregata  
Ecclesia. S. AVGVSTINVS libro tertio Confessionum. Re-  
piebant me spectacula theatra, plena imaginibus miseriarum mearum, & fumida  
ignis mei. Quid est, quod homo ibi vult dolere, cum spectat luctuosas atque tragicas, quæ  
men pati ipse nollit? Et tamen pati vult ex eis dolorem spectator, & dolor ipse est vo-  
luptas eius. Quid enim est, nisi miserabilis insania? Nam eo magis eis monetur quæ-  
que, quo minus à talibus afflilus farus est, quoniam cum ipse patitur, misericordiam  
cum aliis compatitur, misericordia dici solet. B. BERNARDVS de

Bera. c. 12.

conuersione ad Clericos. Ceterum, inquit, spectacula vanarum, quæ corpori  
prestant, quidvè anima conferre videntur? At certe nihil in homine, cui curiosa  
prosit, inuenies. Erinola prorsus, & inanis ac nugatoria consolatio, & vesicio quædã  
durius imprecatur, quam ut semper habeat, quod requirat, qui incunda quærens pacem  
pergitans, curiosa inquietudine delectatur

Cyp. lib. 2. ep. 2.

III. REMED. Considera, quam in digna homine Christiano agantur  
in theatris. Ea describit. B. CYP. ad Donatum. Paratur, inquit, gladiatorum  
ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguinis oblectet. Homo occiditur in homi-  
nis voluptatem, & ut quis possit occidere, pericia est, visus est, ars est: scelus non tor-  
tum geritur, sed & docetur. Quid potest inhumanius, quid acerbius dici? dissipata  
est, ut perimere quis possit, & gloria, quod perimit. Et infra. Deinde morum quæ-  
ta labes, quæ probrorum fomenta, quæ alimenta vitiorum histrionicis gestibus inquo-  
nari? videre contra sedus iusque nascendi patientiam incesta turpitudinis elaborant.  
Fuirantur mares, honor omnis & vigor sexus enruat i corporis dedecore mollior,  
plusque illi placet, quisquis virum in feminam magis fregerit in laudem crescit extri-  
mine, & peritior quo turpior iudicatur, &c. Exprimunt impudicam Venerem, adu-  
rum Martem, Iouem illum suum, non magis regno, quam vitis principem. Et beatus

Chry. hom. 38.

**CHRISOSTOMVS** in Mathæum. Cuncta simpliciter, quæ tibi sunt  
turpissima sunt verba, vestitus, tonsura, incessus, voces cantus, modulationes, etc.

lorum euerfiones ac motus, tibia, fistula, & ipsa fabularum argumenta, omnia inquam, turpi lasciuia plena sunt. Non enim ignoramus, quot ibi fornicationes peragantur, quot adulteriis matrimonia maculentur, quot viri muliebria patiantur, quot iuuenes effeminentur, cuncta iniquitatis summa, cuncta prodigiorum, cuncta impudentia plena sunt. Quas ob res non cachinnis diffiuere ridentes, sed lachrymis gemere ac dolore oportet. Et SALVIANVS de prouidentia. Quicquid immudicitia-  
 rum est, hoc exercetur in theatris, quicquid luxuriarum, in palestris. Quicquid immoderationis in Circus. Quicquid furoris, in caneis. Alibi est impudicitia, alibi lasciuia, alibi intemperantia, alibi insania. Vbiq; demon, imò per singula ludorum loca vniversa demonum monstra. Hæc Saluianus. Qua de causa B. Chry. Chry. hom. 62, fostonus in homilia quadam populo Antiocheno persuadere conatus est, satius esse in carcere verfari, quam in theatro. Vis, inquit, carceres & theatra perquirarum? Ille quidem tribulationis, hic autem voluptatis locus est. Illic Philosophia multum: postquam enim timor & tristitia quasi quidam ignis in hominis animum incidit, & duriciam emolliert, tunc humilis fit & exorabilior, ac ad omnia patiens. In theatro autem omnia contraria, risus, ineptitudo, diabolicus factus, temporis impendium, adulterii meditatio, fornicationis gymnasium, intemperantia schola, risus materia, inhonestatis exempla. At in carcere non ita, sed humilitas supplicatio, secularium contemptus, & tanquam infanti pedagogus adest timor ad omnia congrua eum dirigens.

Saul. lib. 6.

Chry. hom. 62,

IV. REMED. Considera non solum spectacula ista à Patribus iam descripta, & ab Ethnicis primum excogitata, sed etiam quæuis alia histrionica, turpia, magica, derisoria, satyrica, quæ hodieque in vsu sunt apud quosdam, esse legibus æque politicis atque Ecclesiasticis iam olim prohibita. Synodi Constantinopolitanae sextæ in Trullo verba sunt. Prohibet omnino hæc sancta Synodus vniversalis eos, qui dicuntur, mimos & eorum spectacula. Deinde venationum quoque spectationes, easque quæ fiunt in seana saltatines perferi. Qui secus fecerit, si sit clericus, deponatur: si laicus segegetur. Et Concilium Laodicænum, de clericis. Non oportet, inquit, ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus quæ aut innuptiis, aut inscenis exhibentur interesse, sed antequam thymelici ingrediantur, surgere eos debere de conuictio, & abire. Alibi Histriones, qui artem illam exercent, utpote impoenitentes, à sacrosancta corporis Domini communiione pellantur. Qui canon sumptus est ex Cypriano, qui histrionem quendam Christianum, licet ipse histrioniam non exereret, sed alios tantum doceret, à communiione excludi voluit Puro, inquiens, nec maiestati diuina, nec Euangelica disciplina congruere, ut pudor & honor Ecclesie tam turpi & infami contagione fele-  
 tur. Consi. Magnus, primus Christianus Imperator sustulit ludum Venatorium, quo cum bestiis depugnabatur à seruis ad bestias damnatis.

S. Const. c. 51.

c. non. oportet. conf. d. 5.

c. pro dilectione. de Conf. 2.

Cyp. lib. 1. ep. 10.

I. ad bestias. 31. Cod.

Th. 1. 10. hist. c. 2.  
Nic. 1. 7. c. 46.

Iust. de. Episc. &  
cleric  
L. Imperialis. 23.  
de nupt. lib. 5. C.  
tit. 4.

S. in. octau. c. 44  
L. consensus. 9  
vir quoque.  
Dio. 1. 57. hist.

A. 1. 7. de. ciu. c. 13  
Liu. lib. 48.

A. 1. 7. de. conf.  
Euang. c. 33.

Sen. ep. 7.

Chry. hom. 38.  
in Matth.

Vert. de spectac.  
c. 4.

Honorius verò & Arcadius gladiatorium, teste B. Theodoro & M. cephero, cum monachum quendam Thelemachum contra hos ludos declamantem populus Romanus temerè lapidasset. Iustinianus quoque Imperator in Authentica, *Interdicimus*, vitio & crimini adscribitur, interesse spectaculorum ludis. Idem mulieres scenicas, quæ in spectaculis publicis se exhibent, pronunciat infames.

V. REMED. Considera eadem spectacula ne Ethnicis quidem, seu Principibus, siue Philosophis, semper fuisse probata. Nam, teste Suetonio Octavianus Augustinus muliebrem sexum ab spectaculis athleticis mouit. P. Sempronius Sophus, ut est libro 5. Codicis, tit. 17. conjugii repudii nota affecit, quod se ignorante ausa fuisset ludos theatricos spectare. Tiberius Cæsar, auctore Dione Cassio, histriones Roma extraxit, arteque ea interdixit, quia & mulieres ignominia afficerentur, & turbarent. *SCIPIO Nasica*, ut refert B. Augustinus, *sine vlla sententiarum dispensantia vir optimus, caueam Theatri Senatui construere molientem ab hac dissipatione & cupiditate compescuit, persuasitque oratione grauissima, ne Græcam luxuriam vitibus patria moribus paterentur obrepere, & ad virtutem labefactandam, euerendamque Romanam peregrina consentire nequitiæ: tantumque auctoritate valens, eius verbis commota Senatoria prudentia, etiam subsellia, quibus ad horam consessis in ludorum spectaculo iam vici ciuitas ceperat, deinceps prohiberet apponi.* M. T. Cicero quoque, eodem teste, Roscium Amerinum cum laudaret, histrionem ita peritum dixit, ut solus esset dignus, qui in scenam deberet intrare: ita vici bonum, ut solus esset dignus, qui non deberet accedere, apertissime ostendens illam scenam esse iam turpem, ut tanto minus ibi esse homo debeat, quanto fuerit magis vici bonus. Valerius Maximus item, Plutarchus & alii, agentes de Floraliis ludis, id est, turpissimis scribunt tales fuisse, ut præsentem CATONEM Minore Actores agere noluerint. Laudatur & *ALCIBIADES*, qui propter versus quosdam Eupolin Comædum in mare iussit demergi cum hoc dicto. *Tu me in scena saepe merxisti Eupoli, ego te semel in mari.* Seneca ad Lucilium. *Nihil est tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere.* Tunc enim per voluptatem facilius vitia surrepunt. Barbari, ait B. Chrysostomus. *ipsi, cum de theatralibus his ludis, & importuna delectatione fabularum audissent, dixisse feruntur verba omnibus Philosophiæ institutis dignissima. Prudenter enim Romanos dixerunt, quasi liberis atque vxoribus caveant, tales sibi excogitasse voluptates. Quibus verbis ostendebant nihil vxore modesta, nihil liberis esse posse suauius.*

VI. REMED. Considera omnes ludos fœdos & vanos è diametro pugnare cum prima nominis Christiani professione in baptismo facta, dum renunciauimus diabolo & pompis eius. *Cum aquam ingressi, inquit Tertullianus, Christianam fidem in legis sua verba profitemur, renunciauimus nos diabolo.*

bola, & pompa, & angelis eius ore nostro contestamur. Quid erit summum ac precipuum, in quo diabolus, & pompa & angeli eius censentur, quam idololatria? Igitur si ex idololatria vniversam spectaculorum paraturam constare consiterit, indubitate pratudicatum erit: eam ad spectacula pertinere renuntiationis nostra testimonium in lauacro, &c. Pergit deinde lingulorū origenes ostendere. Et, B. CYP. Impudenter in Ecclesia demonia exorcizat, quorum voluptates in spectaculis laudat, & cum semel illi renuntians recisa sit res omnis in baptisinate, dum post Christum ad diaboli spectaculum vadit, Christo tanquam diabolo renuntiat. Idololatria, vt iam dixi, ludorum omnium mater est: quæ vt ad se Christi fideles veniant blanditur illis per oculorum, & aurium voluptatem. Diabolus artifex, quia idololatriam per se nudam sciebat horreri, spectaculis miscuit, vt per voluptatem posset amari. Clarius SALVIANVS. In spectaculis quædam apostasio fidei est à symbolis ipsius, & celestibus Sacramentis lehalis præuicatio. Quæ est enim in Baptismo salutari Christianorum prima confessio? Quæ scilicet, nisi vt renuntiare se diabolo, ac pompis eius acque spectaculis & operibus protestentur? Nam spectacula & pompe etiam iuxta nostram professionem opera sunt diaboli. Quomodo igitur, ô Christiane, spectacula post baptismum sequeris, quæ opus esse diaboli consueris? Renuntiaisti semel diabolo & spectaculis eius ac per hoc necesse est, prudens & sciens, dum ad spectacula remeas, ad diabolum redire te cognoscas. Vtri que enim rei simul renuntiaisti, & vnum vtrumque esse dixisti. Si ad vnum reuerteris, ad vtrum que remeasti. Abrenuncio enim, inquis, diabolo, pompis, spectaculis & operibus eius. Et quid postea? Credo, inquis, in Deum Patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius. Ergo primum renuntiatum diabolo, vt credatur Deo: quia qui non renuntiat diabolo, non credit Deo, & ideo qui reuertitur ad diabolum, relinquit Deum. Diabolus autem est in spectaculis, pompis suis, ac per hoc, cum redimus ad spectaculum, relinquimus fidem Christi. Hoc itaque modo omnia Symboli sacramenta soluuntur, & totum quod in Symbolo sequitur, labefactatur & inquinatur. Nil enim sequens stat, si principale non steterit. Dic mihi tu Christiane, quomodo tenere te sequentia Symboli putas, cuius principia perdidisti.

Cyp. de spectac.

Salu. lib. 5. de Prouid.

Tert. de spect. c. 27.

Cyp. de spectac.

VII. REMED. Considera, eadem spectacula profus aduersari Christianæ religionis perfectioni, quæ in hoc consistit, vt nihil fædum ad animum & mentem, ne dum oculorum, aurium uè sensum admittamus. Vnde TERTVL. libro citato. Similiter impudicitiam omnem a nobis iubemur. Hoc igitur modo etiam à teatro separamur, quod est priuatum consistorium impudicitie, vbi nihil probatur, quàm quod alibi non probatur. Et paulo post. Quod si nobis omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire, quæ loqui non licet? Cum etiam scurrilitatem & omne vanum verbum iudicatum à Deo sciamus, cur æquè liceat videre, quæ facere flagitium est? cur quæ ore prolata communicant hominem, ea per oculos & aures admissa non videantur hominem communicare? cum spiritui appareant aures & oculi, nec possit mundus præstari, cuius apparitores inquinantur? Et B. CYP. Ab omnibus ad spectaculum conuenitur, communi & dedecus delectat videlicet, vel reco-

N. nn 3. gnoscere

Salu. l. cit.

gnoscere otia vel discere, &c. Quid inter hæc Christianus fidelis facit, cui vitia non sunt recogitare? Qui oblectatur simulacris libidinis, ut in ipsis deposita verecundia audeat sic ad crimina? Discit facere dum consuescit videre. Quam autem in theatris multæ & variæ se offerant occasiones grauius & mente, & lingua & oculis & auribus delinquendi fuscè describit SALVIANVS. Talia sunt, quæ illuc sunt, inquit, ut ea non solum dicere, sed etiam recordari aliquis sine pollutione non possit. Alia quippe crimina singulas sibi ferme in nobis vendicant porciones, ut cogitationes sordida animos; ut impudici aspectus oculos: ut auditus improbi auribus ita ut cum ex his vnum aliquid errauerit, reliqua possint carere peccatis. In theatris verò nihil horum reatu vacat, quia & concupiscentiis animus, & auditu carnes, & aspectu oculi polluuntur. Quæ quidem omnia tam flagitiosa sunt, ut etiam explicare ea quisquam atque eloqui saluo pudore non valeat, &c. Nonnulla quippe etiam maxima scelera incolumi honestate referuntur, & nominari, & argui possunt, ut homicidium, latrocinium, adulterium, sacrilegium, cæteraque in hunc modum. Sola theatrorum sunt impuritates, quæ honestè non possunt vel accusari: ita noua in arguenda harum turpitudinum probrostate res euenit arguenti: ut cum absque dubio domesticus sit, qui accusare ea velit, honestate tamè integra ea loqui & accusare non possit. Alio quoque mala omnia agentes polluunt, non videntes, vel audientes. Si quidem est blasphemum quendam audias sacrilegium non pollueris, quia mente dissentis. Et si interueniat latrocinio, non inquinaris actu, quia abhorres animo. Sola spectaculorum impuritates sunt, quæ vnum admodum faciunt & agentium & aspicientium crimen. Nam dum spectantes hæc comprobant, ac libenter vident, omnes ea visu, auditu que agunt, ut vere in eos Apostolicum illud peculiariter cadat: quia digni sunt morte, non solum, qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus.

Rom. 7. 32.

Cyp. de spectac.

Chry. hom. 5. de David. &amp; Saul.

Matth. 5. 28.

VIII. REMEDIUM. Considera in quantum salutis discrimen, homo alioquin ad vitia procliuis, & cito ad scelus auditum, ut loquitur Cyprianus, assuescens, se coniciat, si ludos eiusmodi spectauerit. Coniect enim se in periculum committendi adulterii: quod ut B. Chrysostomus probaret populo, quem ob spectacula à Sacra mensa arcebat, ita locutus est. Quod si aueris adulterij modum cognoscere, non mea verba vobis referam, sed illius, qui de tota hominis vita iudicaturus est. Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendam illam, iam mechatus est eam in corde suo. Quod si mulier sponte, ac forte in foro obuia, & neglectius culta se penumero curiosius, intuentem capit ipso aspectu vultus isti qui non simpliciter, neque fortuito, sed studio & tanto studio, ut Ecclesiam quoque contemnant, & hac gratia pergunt illuc, ac totum ibi desidentes dum in facia seminarum nobilium defixos habent oculos: qua fronte poterint dicere, quod eas non viderint ad concupiscendum? vbi verba quoque accedunt fracta, lasciuiaque, vbi cantiones meretricia, vbi voces vehementer ad voluptatem incitantes, vbi sibi pietis oculi, vbi coloribus tinta gena, vbi totius corporis habitus furorum impostura plenus est, aliaque insuper multa lenocinia ad fallendos inescandosque intuentes instruita. Accu-

lunt

dunt huc irriamenta perfistulas, ac tibias, aliaque huius generis modulatio in fraudem illuciens, mentisq; robur emolliens. Et rursus alibi respondens exceptioni quorundam. Sed ego inquit, turpia haec & incentiua voluptatum, nec dixi, nec cecini unquam, dicitis. Et quae raris vilitas est, si cum non dicas, libenter audis? imò verò unde id ipsum planum facies, quod non dicas? Dic mihi oro, cum blasphemantes audis, gaudes aut exultas, aut potius perherrescis, & aures obstruis? non dubito quin perherrescas. Quamobrem? quia videlicet nunquam tu blasphemare soleas: pariter ergo in turpiloquio etiam facito, si persuadere nobis omnino vis non libenter turpissima te verba proferre: tunc tibi credimus, cum nec audire quidem perspeximus. Nam si vix quae longe ab huiusmodi cantibus remota est anima, castimonte honestatem amplectitur, quomodo continenter vivere poterit, qui in his vivit? An ignoratis procliuiores nos esse ad vitia? Cum igitur etiam arte & studio ad ea curramus, quomodo fornacem aeterni ignis effugiemus? **VERVM**, quia non defunt, qui respondeant, se ad oculum quidem & aures, non tamen ad animum admittere huiusmodi spectacula, iis quoque alibi ita occurrit idem Chrysostomus. Audiant, inquit, curiosi, qui pulcritudines considerant alienas, audiant, qui spectaculis insaniunt in theatris, qui ad excusandas excusationes in peccatis dicunt. Spectemus quidem sed nihil nocentur. **DAVID** talis ac tantus laesus est, & tu te putas non posse laedi? ille nocentum passus est, qui tantam habebat spiritus gratiam, & te quomodo credere potero sine vulnere euassisse? & ille quidem in solaris domus suae, tu autem in teatro ubi & locus condemnat animam sapientis, in quo cum tanta sint precipitia, tanta corruptela, quomodo possum tibi credere quod à talibus bestiis vulneratus non sis? Nunquid lapideus es, aut ferreus? igni coniungeris, & non ardebis? Exemplum huius rei illustre habes apud **BAVGVS TINVM** in Confessionum libris de **ALIPHO** eius contubernali, qui licet abhorreret à spectaculis, ac inuitus à familiaribus semel ad ludum gladiatorium pertractus esset, tamen vna spectatione sic fascinatus est, vt sine theatris postea vitam sibi acerbam duceret. Spectant, inquit, clamauit, exarsit, abstulit inde secum insaniam, qua stimularetur videre non tantum cum illis, sed etiam praeter illis à quibus erat adductus.

**IX. REMEDIUM.** Considera, esto omne periculum lapsus ablit, muka tamen alia abstertere te merito ab illis Ludis debent. Primò, quod non ablit publicum scandalum, ac proinde nec peccandi periculum. *Qui enim scandali fuerit, inquit Christus, vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit et, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum, maris. Va mundo à scandalis.* **TERVLLIANVS** quidem inde probat manifestum esse scandalum, quod suo æuo ex repudio spectaculorum agnoscerentur Christiani. Illi, inquit, iam nobis renuncient an liceat Christianis spectaculo rei? At quin hinc vel maximè intelligunt factum Christianum, de repudio

Chry. hom. 1. in  
Psal. 59.

A lib. 1. c. 2.

Matth. 18. 6.

Tert. de specta-  
culis.

specta-



*spectaculorum. Itaque negat manifestè qui per quod agnoscitur, tollit. Quid autem  
 superest in huiusmodi homine? nemo in castra hostium transit, nisi protectis armis  
 nisi destitutus signis & sacramentis principis sui, nisi pactus simul perire. S. Chrysostomus  
 de hoc scandalo ita scribit in Matthæum. Etsi tu quodam excelsi animi robore,  
 nihil inde tibi mali contraxisti, attamen quoniam alios imbecilliores exemplo tui spe-  
 ctaculorum studiosos fecisti, quomodo non ipse commisisisti, qui causam committenti  
 aliis præbuisisti? Et alibi. Si hæc aspiciendo nil pateris, culpa nihilominus teneris ob-  
 xus, factus scilicet scandalum cæterorum, & talium adhortatio voluptatum, tuam que  
 factem ipse confundis, animam que cum facie. SECVNDO abstergere te debet,  
 quod spectatores potius quam actores germana sint causa spectaculo-  
 rum, quia si ulli spectandi cupiditate tenerentur, nulla etiam spectacula  
 exhiberentur; si nihil mercedis histrionibus solueretur, tota periret hi-  
 strionia. Qui enim, inquit aureum os, laudant ista spectacula, ipsi histrionibus per-  
 suadent, ut ea exhibeant, & ideo ipsi potius propter hæc merentur subire supplicium:  
 Si enim nullus esset talium spectator ac fautor, nec essent quidem, qui aut dicere illis,  
 aut agere curarent. Quando verò nos cernimus & artes proprias, & ipsa exercenda quo-  
 tidiani operis loca, & illum, quem ex his paratis quaesumus, & prorsus omnia simul ve-  
 nissimum illius spectaculi amore deserere, avidiore & illi ad hæc intentione reptuntur, su-  
 dumque his maius impendunt. Et hæc dico, non ut illos à crimine videar vindicare, sed  
 ut vos discatis initium & cepit iniquitatis huius vos esse portum, qui totam  
 prorsus diem in tam ridicula, tamque pernitiosa voluptate consumitis. Quod autem  
 non leue delictum sit histrionibus dare mercedem, audi Augustinum in  
 Ioannem ita scribentem. Donare res suas histrionibus, vitium est immane, non  
 virtus. Qui enim venatori. (histrioni) donat, non homini donat, inquit in psalmum  
 102. sed arti nequissima. Nam si homo tantum esset, & venator non esset, non donaret  
 honores in eo vitium, non naturam. TERIVM quod abstergere te debet, va-  
 ctura temporis, quam facis, vacando spectaculis. Nullus enim inter  
 Christianos est, cui non dictum sit. Tempus breue est. Et. Dum tempus habi-  
 mus operemur bonum. Vnde Chrysostomus loco sæpe citato. Sed ego, inquit,  
 ostendam multis nihil huiusmodi ludos obsuisse, imo verò, inquit, id maxime nocet,  
 quod frustra & incassum tempus consumis, & scandalum altis offers: Hæc de mala  
 culpa, quæ oriuntur ex spectaculis, nunc de malis poenæ.  
 X, REMEDIUM. Considera mala poenæ tam spiritualia, quam tem-  
 poralia, quæ consecuta sunt ex spectaculis. Spiritualia recenset duo TER-  
 TULLIANVS his verbis, dum agit de Christianis eorum Ludorū specta-  
 toribus. Cur ergo, inquiens, non eiusmodi etiam demonis penetrabiles fiant? Nam  
 & exemplum accidit, Domino teste, eius mulieris quæ theatrum adiit, & inde cum de-  
 monio rediit. Itaque in exorcismo cum oneraretur immundus Spiritus, quod ausus es-  
 set fidelem aggredi, constanter & iussissimè quidem inquit feci, in meo eam inueni, Con-  
 stat & alii linteum in somnis offensum eius dici nocte, quæ tragediam audierat, cum ex-  
 prebra.*

Chry. hom. 31.

Id. hom. 7.

Chry. hom. 6. in  
Matth.A. tract. 100. c.  
10.1. Cor. 7. 29.  
Gal. 6. 10.  
Chry. hom. 31.  
in Matth.T. lib. de spect.  
c. 26.

probatione nominato tragædo, nec ultra quintum diem eam mulierem in seculo fuisse. Quo utique & alia documenta cesserunt de his, qui cum diabolo apud spectacula communicando, à Domino exciderunt. Nemo potest duobus Dominis seruire. Subiicit Matth. 6. c. 27.

deinde. Quid facies in illo suffragiorum impiorum æstuario deprehensus, non quasi aliquid illic pati possis ab hominibus, nemo te cognoscit Christianum, sed recognita, quid de te fiat in cælo, Dubitas enim illo momento, quo in diaboli Ecclesia fueris, omnes Angelos prospicere de cælo, & singulos denotare quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo aduersus Deum administrauerit? TEMPORALIA VERÒ mala describit B. CHR. Y.

Vnde creditis, inquit, nuptiarum insidiatores proficisci? nome ab huiusmodi scenis? Vnde illos, qui domos, ac thalamos aliorum effodiunt? nonne ab orchestra illa? An non hinc vxoribus viri molestissimi, & viris mulieres contemnenda fiunt? &c. Imò, quis non aduulter modo factus est? Nam si possem nomine omnes appellare, cito tibi ostenderem. Quot quasi captiuos scorta inde abduxerunt, quot aut ab vxoribus abstraxerunt, aut ad legitimum omnino thorum peruenire non dimiserunt? Quid igitur, inquis an leges omnes euertemus, quib. hæc constituta sunt? imò verò his theatralibus ludis euerstis, non leges sed iniquitatem euertetis, ac omnem ciuitatis pestem extinguetis. Hinc enim seditiones excitantur, sine tumultus oriuntur. Qui enim his ludis aluntur, omnes vocem ventris causa collocant, qui dicere, facere, omnia promptissimi sunt, hi maxime solent rumoribus populos inflammare, & tumultum in ciuitates, immittere. Otiosa, n. inuentus impudenter educata omni ferocissima bestia inmanior est. Malefici autem nonne à theatralibus ludis multo constituntur? Nam vt vniuersum populum ad hæc possint inflàmare, vt tripuliantes suas consequantur voluptates vt modestas mulieres meretricibus commixtas corrumpant, ad tantum malefici genus perueniunt, vt nec ab obsequiis quidem mortuorum abstineant. Quid dicam, quod ad diabolicas hæc sodalitates innumeras multi consumunt pecunias? Quid de laetitia, qui de aliis malis? An nã aduertis te illum esse, qui vniuersam vitam hominum euerstis, cum ad hæc ceteros horteris, non me, qui huiusmodi omnes ludos omittendos confedo.

Multo plura sui æui mala enumerat SALVIANVS, putatq; vniuersam Galliam, Sardiniam, Siciliam ob hanc spectaculorum turpitudinem & infaniam Barbarorum irruptione castigatam, nobilissimas Germaniæ vrbes Coloniã, Moguntiam, Treuerim crudelissimè deletas, Vandalosq; communem orbis perniciem in ipsam vsq; Africam penetrasse. Circumsonabant, ait, armis muros Carthaginis populi barbarorum, & Ecclesia Carthaginensis insaniebat in Circis, luxuriabatur in theatris. Alii foris iugulabantur, alii intus fornicabantur: pars plebis erat foris captiua hostium, pars intus captiua victorum.

XI. REM. Considera iniuriã à quibusdam politicis obtendi, imprudenter populo Christiano eripi spectaculorũ voluptates & gaudia. Nam primò constat professionis Christianæ esse in hac vita potius luctui & lacrymis, quam voluptati operam dare, idq; prudenter, quia luctui huius vitæ succedunt gaudia æterna, voluptati verò gentiliũ successerunt æterna

O o o

suppli-

Chry. hom. 33.  
in Matth.Salu. l. 7. de  
Prouid.

Tert. de spect.  
6. 26.  
Ioan. 16.

Philip. 3. 1.  
I. SPECTAC.  
Christian.

A. in Psal. 118.  
serm. 5.

II

III

supplicia. Vnde TERTULLIANVS *Vicibus disposita res est: nunc illi Genesius letantur, nos constictamur. Seculum, inquit, gaudebit, vos tristes eritis. Lugeamus ergo, dum Ethnicus gaudent, ut cum lugere ceperint gaudeamus, ne pariter nunc gaudeamus, tunc quoque pariter lugeamus. Delicatus es, Christiane, si et in seculo voluptate commisissis. Deinde si quæris voluptates, quæras non vanas, sed salutaris; si gaudia, non in diabolo sed in Domino. Gaudere, inquit Apostolus, in Domino. Habet Christianus, inquit B. CYP. spectacula meliora, si velit; habet veras et profuturas voluptates, si se recollegerit, et ut omittam illa, quæ nondum contemplari potest habet istam mundi pulchritudine, quam videat, atque miretur: Solis ortum aspicias, rursus occasum mutuis vicibus dies noctesque reuocantem, globum Lune, temporum cuius incrementis suis, decrementisque segnantem, astrorum micantium choros, et à summo de summa mobilitate fulgentes, anni totius per vices membra diuisa, et dies ipsorum vultibus per horarum spatia digestos, et terra molem libratam cum montibus, et profusa flumina cum suis fontibus, extensa maria cum suis fluctibus. atque littoribus intermissam pariter summa conspiratione, nexibusque concordie: extensum aërem meliora tenuitate sua cuncta vegetantem, nunc imbres contractis nubibus profundentem, nunc serenitatem reflecta raritate reuocantem et in omnibus istis incolas proprios; in aëre aënem, in aquis piscem, et in terra hominem; hæc, inquam, et alia opera diuina, sunt Christianis fidelibus spectacula. Quod theatrum humanis manibus exstructum istis operibus poterit comparari? Haud secus B. AMB. Sicubi, inquit, populares cognoueris plausus, auerte oculos tuos ab his, insecte, deprime, et serua eos, ut erigas melioribus. Erige ad cælum, vel nocte stellarum monilia, orbem lune decorum, vel die solem aspice. Specta mare, terram circumspice, ut opere facta diuino omnis creatura te pascat. Quæ formatur gratia in ipsis bestiis? Quantus decor in hominibus? Quanta in auiibus pulchritudo? Hæc vide, et non introibit mors per fenestras oculorum tuorum. ALTERVM spectaculum Christiano homine dignum proponit idem Cyprianus, dum ita loco citato pergit, Scripturis inquam sacris incumbat Christianus fidelis sibi inueniet condigna fidei spectacula. Videbit instruentem Deum mundum summi, et cum ceteris animalibus hominis illam admirabilem fabricam, melioremque facientem. Spectabit mundum in delictis suis, iusta naufragia, piorum præmia, impiorumque supplicia: maria populo siccata, et de petra rursus populo maria porrecta, spectabit de cælo descendentes messes non ex areis: inspiciet flumina transitus siccos reficentis aquarum agmina, exhibentia. Videbit in quibusdam ignem cum fide luctantem: religione superatas feras, et in his mansuetudinem conuersus; intuebitur et animas ab ipsa morte reuocatas, et in his omnibus iam manus videbit spectaculum, diabolum illum, qui totum detritum phœneat mundum sub pedibus Christi iacentem. Quam hoc decorum spectaculum fratres? quæ in mundum? quam necessarium? intueri semper spem suam et oculos aperire ad salutem suam. Hoc est spectaculum, quod videtur etiam luminibus amissis: hoc est spectaculum, quod non exhibet Prætor, aut Consul, sed qui est solus, et ante omnia, et super omnia, et mo ex quo omnia, Pater Domini nostri Iesu Christi. Tertium spectaculum ob oculis ponit*

ponit B. AvG. in libris de Symbolo ad Catechumenos. Fugite, inquit, dilectissimi spectacula, fugite caucas turpissimas diaboli, ne vos vincula teneant maligni. Sed si oblectandus est animus, & spectare delectat, exhibet vobis sancta mater Ecclesia veneranda hac salubria spectacula, qua & mentes vestras oblectent sua delectatione, & in vobis non corrumpant, sed custodiant fidem. Amator est quispiam Circi? quid delectat in circo? aurigas videre certantes, populos insana furia anhelantes, quemlibet celere[m] precedentem, aduersarii sui equum frangentem: ista est omnis delectatio: clamare quia vicit, quem diabolus vicit. Vide e contra nostra sancta, sana, suauissima spectacula. Intuere in libro Actuum Apostolorum claudum ex utero matris nunquam ambulantiem, Act. 3. 4. quem Petrus fecit currentem. Vide subito sanum, quem antea intuebaris infirmum. Et si in te est sanitas mentis, si in te fulget ratio & quietas, ac delectatio salutis, vide quid debeas expectare: Vide vbi debeas exclamare, illic vbi equi sani franguntur, an hic, vbi homines fracti saluantur? Sed si te pompa illa, figura eaequorum, compositio curuum, ornatus, & auriga superstantis e quos regentis, vincere cupientis: si haec te, vt dixi, pompa delectat, nec hanc tibi denegauit qui pompis diaboli renuntiare praecipit. Habemus & nos spiritalem nostrum aurigam sanctum Prophetam Eliam, qui quadriga ignea superimpositus tantum currit, vt metas prehenderet caeli. Et infra. Illic inuenitur spectatores propositum nescio que in conspectu in Deum, Iouem & adulterantem & roman. tem: hic respiciamus verum Deum Christum castitatem docentem, immunditiam destruente[m], salubria predicantem. Illic fingitur, quod idem Iouis lunonem habeat, sororem & coniugem: hic predicamus sanctam Mariam, matrem simul & Virginem. Illic stupor ingeritur visui ex visu hominem vi. lere in fine ambulantiem: hic magnum miraculum, Petrum mare pedibus transeuntem. Illic per inimicam turpitudinem castitas violatur: hic per castam Susannam, castum que Ioseph libido comprimitur, mors conteritur, Deus amatur, castitas exaltatur. Et rursum alibi. Spectare vis? esto spectaculum. Ne deficias vide precedentem & dicentem. Spectaculum facti sumus huic mundo, & Angelis & hominibus, Angelis laudantibus, hominibus opprobrantibus: imo & Angelis laudantibus & vituperantibus; quia & apud Angelos sunt sancti Angeli, quibus bene uiuendo displicemus. Et inter homines sunt sancti viri, quibus placeat vita nostra: sunt nequissimi homines, qui irrident bonam vitam nostram. Et haec & haec arma sunt, illa dextra illa sinistra, utraq; tamen arma sunt. In his utrisq; armis constigo cum diabolo, utrisq; cum ferio: prosperis, si non corrumper, aduersis, si no frangor. Adde QVARTVM & postremu[m] spectaculum Tertulliani in hunc modu[m] scribentis de nouissimo Iudicii extremi spectaculo. Super sunt alia spectacula, ille vltim[us] & perpetuus iudicij dies, ille nationib. in speratus, ille derisus, cu[m] tanta seculi vetustas, & tot eius naturitates vno igni hauriatur. Qua tunc spectaculi latitudo? qd admirer, qd rideam? vbi gaudeam, vbi exultet tot ac tantos Reges, q in caelu[m] recepti nunciabatur, cu[m] ipso Ioue, & ipsi suis testib. in imis tenebris congemisceret: ite Praesides. psecutores Domini nominis. scutorib. q ipsi flamma sauerunt, insultantib. contra Christianis, liquefcentes: quos p[ro]erea sapientes illos

Act. 3. 4.

4. Reg. 2

Id. in Psal. 38. 39.

1. Cor. 4. 2

14

Tere. de spe. 2.

illos Philosophos coram discipulis suis una conflagrantibus erubescens, quibus nihil ad  
 Dum pertinere suadebant, quibus animas, aut nullas aut non in pristina corpora re-  
 turas affirmabant, etiam Peccatas, non ad Rhadamanti, nec ad Minos, sed ad impium  
 Christi tribunal palpitantes? Tunc magis tragœdi audiendi, magis scilicet vocales  
 Ironiæ venustæ  
 sua propria calamitate. Tunc histriæ cognoscendi solutiores multo per ignem, et  
 spectandus atriga in flammea rota totus rubens: xystici contemplandi, non in gymna-  
 sio, sed in igne iaculati, nisi quod nec tunc quidem illos velim visos, ut qui mali in alio  
 potius conspectum in satibilem conferre, qui in Dominum de se uerunt. Hic est ille (Jo-  
 cam) fabri, aut quæstuarii filius, Sabbathi destructor, Samaritæ, et Damoni unus habens.  
 Hic est, quam à Iuda redemistis, hic ille arundine et colaphis diuerberatus, spiritibus  
 de decoratus, felle et aceto potatus. Hic est, quem clam discentes subripuerunt, et  
 surrexisse dicatur, vel hortulanus detraxit, ne lactuce suæ frequentia comitantibus  
 læderentur. Ut talia spectes, ut talibus exultes, quis tibi Prætor, aut Consul, aut Ge-  
 stor, aut sacerdos de sua liberalitate præstabit? et tamen hæc iam quodam modo habemus  
 per fidem Spiritu imaginante representata. Ceterum qualia illa sunt, quæ nec uo-  
 lus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt? Credo, circo et prætraque  
 nea, et omni stadio gratiora.

VIDE V. Blasphemia. Chorea. Colloquia otiosa. Curiositas. Exemplum  
 malum. Immodestia. Lingua abusus. Luxuria. Lusus aleæ. Otium. So-  
 cietas praua. Voluptas carnalis.

## S V P E R B I A

## Remedia contra Superbiam.

Prou. 6. 16.  
 Prou. 8. 13.  
 Prou. 16. 5.  
 Eccli. 10. 7.

Iac. 4. 6.  
 1 Pet. 5. 5.  
 Iob. 40. 6.  
 Eccli. 10. 18.  
 Isa. 2. 12.

Soph. 1. 9.  
 Matth. 23. 12.

Tob. 4. 14.

**I** R E M E D. Considera quid tradat diuina scriptura de superbia. Tra-  
 dit autem primò eam esse Deo exosam, & omnium peccatorum  
 originem. Ut in prouerbis Salomonis. Sex, inquit, sunt, quæ odit Dominus,  
 et septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes, linguam mendacem, et Et. Ar-  
 rogantiam et superbiam ego detestor. Et. Abominatio Domini est omnis arrogans. Et  
 in Ecclesiastico. Odibilis coram Deo est, et hominibus superbia. Et. Initium omni  
 peccati est superbia. Et apud B. Iacobum & Petrum. Deus superbis resistit, humili-  
 bus autem dat gratiam. 2. tradit eam grauius puniri à Deo. B. Iob dictum est. O-  
 nem arrogantem humiliat. Ecclesiastici verò. Radices gentium superbarum arefecit  
 Deus, et plantauit humiles ex ipsis gentibus. Quid ergo superbis terra et cinis? Et. Maie-  
 Dies Domini super omnem superbum, et excelsum, et arrogantem, et humiliabitur. Et  
 Sophoniæ. Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur. Et Christi apud Mat-  
 thæum. Qui se exaltauerit, humiliabitur. 3. dhortatur à superbia, & prouo-  
 cat ad sectandam humilitatem. Ut apud Tobiam. Superbiam nunquam in tuo  
 sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perdis-

110. Et in Ecclesiastico. *Quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.* Et apud Matthæum. *Discite à me, ait Christus ipse, quia mitis sum & humilis corde.*

II. REMED. Considera quid S. Patres de ea scribant. B. CYP. ad Cornelium. *Ille qui presumit & contumax est, vir sibi iactans, nihil omnino proficiet, qui dilatauit tanquam inferus animam suam, &c. Exaltatio & inflatio, & arrogans ac superba iactatio non de Christi magisterio, qui humilitatem docet, sed de Antichristi spiritu nascitur, cui e. probat per prophetam Dominus. Tu autè dixisti in animo tuo, in caelum ascendam, super stellas Dei ponam sedem meam, &c. Basilius in admonitione ad filium spiritualem, *Vir humilis. Deo est similis: superbus autem cum sit Deo odibilis, diabolo similis est. Humilis licet in habitu videatur vilissimus, gloriosus est in virtutibus. Superbus autem, & si decorus videatur aspectu, tamen in vtilem eum mani festant opera ipsius, & per incessum & motus dignoscuntur eius superbia, & ex verbis publicatur eius leuitas. Cupit semper laudari ab hominibus, & virtutibus, à quibus est alienus, se predicari gesti. Non se patitur cuiquam esse subiectum, sed semper primatum cupit, & ad maiorem gradum emergere: & quod ex meritis non potest, ambiendo destituta à fluctibus iactatur huc illuc.* Chry. in Matthæum. *Nihil certe arrogantia atque superbia peius, quæ mentis quoque vires natura hominibus concessas ita detrahit, ut amentes ex prudentia, ac animo solidos efficere videatur. Nam si quis cum statura cubitum non superet, instar montium, imò altiorem se putet, ac ideo se quasi montes excessurus erigat, nullum aliud argumentum suæ insanie quæremus. Sic cum inflatum videris hominem, qui meliorem se ceteris arbitretur, contemni que opinetur, si ceteris hominibus conferatur, nullum iam aliud signum recordiæ hominis exquiras. Tanto quippe ridiculosior his est, qui natura insaniunt, quanto ipse sponte hunc sibi morbum intect: nec hac re solum miser, verum etiam quia in miseria fundum se detrusit, ut nihil sentiat. Quando enim is, peccata sua, ut oportet, cognoscet? Quando nimium se delinquere sentiet? Certe quasi vile mancipium, & miserum, captivum diaboli cum abduxit, agit atque verberibus & mille contumeliis, quocumque velit. Ambrosius in sermonibus. *Ad imperiū cælorum non perveniunt superbia, divitiis, præfectura: sed humilitate pauperie, lentate. Arctia enim & angustia via est, quæ ducit ad regnum. Quisquis ergo honoribus inflatus fuerit, & auri thesauris dilatatus, tanquam onustum & impeditum animal per angustum regni iter transire non poterit. Si mulieriam ut se existimant pervenisse, sarcinam eius exigua porta non capiens, repercussa limine retrorsum redire cogit. Tamen est angusta divitiū porta cælestis, quam est camelo acus foramen exiguum. Et in psalmum 118. Scriptura dicit, Dominus superbis resistit. Tanquam suæ contumelia propulsator veluti quoddam suscepit adversus superbiam speciale certamen: tanquam dicat. Meus iste adversarius est, qui me laceffit, mihi debetur ista congressio. Hier. ad Antonium. *Scriptura ait, Superbis Deus resistit, humilibus dat gratiam. Vide frater, quale malum sit quod adversarium habet****

Ecclesi. 3. 20.  
Matth. 11. 29.

Cyp. lib. 1. ep. 3.

Isai. 14. 13.  
Basil.

Chry. hom. 59.

Amb. serm. 10.

Matth. 7. 34.

Id serm. 7.  
Iac. 4. 6.

Hier. ep. 45.

Luc. 18. 14.  
Id. mans. 41.

Aug. c. 19.

2. Pet. 2. 10.

Matth. 26. 75.

Psal. 21. 17.

Greg. c. 31.

Eccli. 10. 7.

Pros. lib. 3. c. 1.

Amb. lib. 10. cp.  
84.

Id. fecm. 7.

Chry. hom. 39.

Aug. lib. 2. c. 2.

d. lib. 9. c. 23.

Deum. Ob quod in Evangelio et Pharisaeus arrogans spernitur, et humilis iustus auditur. Et ad Fabiolam de 40. mansionibus. Nihil, ut crebro diximus in periculosum est, quam gloria cupiscas, et iactantia, et animus conscientiam vitium. Avg. libro 14. de ciuitate Dei. Intra omnis peccati superbia. Quisquam enim superbia, nisi peruersa celsitudinis appetitus? Peruersa. n. celsitudo est, deserta enim debet animus inhaerere principio, sibi quodammodo fieri atque esse principium. Placet enim sibi nimis placet. Sibi verò ita placet, cum ab illo bono immutabili deficit, quia magis placere debuit, quam ipse sibi. Et paulo post. Unde superbi secundum scripturas sanctas alio nomine appellantur, sibi placentes. Et rursum. Ideo audeo dicere, superbis esse vitium, cadere in aliud quod apertum, manifestumque peccatum, unde sibi displicent, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando peccauit, quam sibi placuit, quando praesumpsit. Hoc dicit et sacer psalmus. Imple fuerunt ignominia et querent nomen tuum Domine. GR E G. lib 3. Moralium. Radiculus cuncti mali superbia est, de qua scriptura attestante dicitur. Initium omnis peccati est superbia. Prima autem eius soboles, septem nimirum principalia vitia de hac vitiosa radice proferuntur: scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, venustas, gluuies, luxuria. Sed habent contra nos haec singula exercitum suum. Nam de inuidia gloria in obedientia, iactantia, hypocrisis, contentiones, pertinacia, discordia, et nouitiam

III R E M E D. Considera superbiam inter peccata esse & primum & omnium grauissimum secundum doctrinam praeceptorum Patrum. Ad Demetriadem Inter omnes lapsus hominum, inter omnia commissa peccata nulla est grauior, quam superbiorum ruina, maxime cum ipsa elatio in Dei reuerentiam. Et in psalmum 118. Maximum peccatum in homine superbia est, quandoque inde manant nostri origo delicti. Hoc telo nos primum diabolus vulnerauit et percussit. Nam nisi serpentis persuasione deceptus, sicut Deus esse voluisset, etc. ita quam feralis cule ad nos transfisset hereditas. Quid igitur hoc peccato potest esse deterrius, quod a Dei capite iniuria? CHR Y. ad populum Antiochenum. Magnitudo elationis malum, stultum esse melius est, quam insolentem. Illic enim stultitia tantum est, mentisque tarditas: hic autem stultitia peior est, et fatuitas cum furore. Stultus sibi meripso malum est: elatus et aliis pestis. Ex amentia hoc vitium nascitur. Non potest esse superbus, qui fatuus non sit Stultitia verò plenus est superbus. Avg. contra Academicos. Superbia vitio nihil immanius. Et libro quarto de Trinitate. Nullum vitium est, cui magis diuina lege resistitur, et in quod magis accipiat demerendum ius ille superbissimus Spiritus, Et doctrina Christiana. Nulla fere est pagina sanctorum librorum, in qua non solet, quod Deus superbis resistit. Et in psalmum

num 58. *Omnia vitia in malefactis timenda sunt, superbia in beneficiis plus me-  
tenda est.* Et in 93. cum dixisset Phariseum superbum fuisse in bonis fa-  
ctis, publicanum verò humilem in malis factis. *Videte, inquit, fratres: magis  
placuit Deo humilitas in malis factis, quam superbia in bonis factis.* Sic odit DEVS  
superbos: & ideo sic conclusit. *Amen dico vobis, descendit iustificatus publicanus  
magis, quam phariseus.* CASSIANVS libro 12. Institutionum. *Tantum est  
malum superbiae, vt non angelum, non alias virtutes contrarias, sed ipsum Deum ad-  
uersarium habere mereatur.* GREGORIVS 14. Moralium. *Quia redemptor noster  
sorda regit humilium, & Leuiathan Rex dicitur superborum, aperte cognoscimus, quod  
evidentissimum reproborum signum superbia est, at cõtra humilitas, electorum. Quod  
autem haec consideratione mederi possis superbiae morbo, inde liquet,  
quod S. BASILIUS quaestione posita, quomodo sanari possit superbus re-  
spondet. Si fidem habeat sententia illius, qui dixit. Dominus superbis resistit*

Luc. 18. 10.

Cass. c. 7.

Greg. c. 23.

Bas. reg. breu.

q. 15.

Iac. 4. 6.

IV. REMED. Considera, quàm grauius à Deo punita sit superbia.

Primo in Luciferò, eiusque federatis sociis. de quo apud Isaiam. *Quomodo  
cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gen-  
tes? qui dicebas in corde tuo. In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium  
meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem  
nubium: similis ero altissimo. Verum tamen ad infernum detraberis in profundum la-  
ti.* Quo exemplo morbum superbiae sanauit in Apostolorum cordibus  
Christus. Cum enim illi apud Lucam animo elati gauderent, quod spiritus  
malis subicerentur, ilico respondit. *Videbam Satanam, sicut fulgur de caelo ca-  
dentem. in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiciuntur vobis.* 2. exstructori-  
bus turris Babel Gen. 11. 3. in Core, Dathan, Abiron. Num. 16. 4. in re-  
ge Saul. 1. Reg. 15. 5. in Senacherib. Isa. 37. 6. in Nabuchodonozore.  
Danielis quarto. 7. in Holopherne Iudith. 6. 8. in Aman, Ester quarto.  
9. in Antiocho. 5. Machab. 9. 10. in Herode. Actorum 12. His addi po-  
test apostata Christianorum Iulianus, qui cum lethali vulnere, incerto  
auctore telo diuinitus directo percussus in Perfide ad fluminis ripam ia-  
ceret, tametsi ob spretam Christi religionem mori se confiteretur, &  
à Nazareno victum agnosceret, consilio tamen cum Sacerdotibus sacri-  
legis inuito se clam in fluuium praecipitare voluit, vt diuinitus raptus vide-  
retur. Verum cum suo duce satana in tartara praiceps actus est, atque im-  
pletum psalmi vaticinium. *Superbia eorum, qui te oderunt ascendit se nper.*

Isa. 14. 12.

Luc. 10. 18.

Niceph. lib. 20.

cap. 37.

Psal. 73. 23.

IV. REM. Considera deterrimos superbiae effectus & mores. CHRYS.  
ad pop. Antioch. *Nullum malum par elationi. Hominem reddit daemone, blasphemum,  
contumeliosum periuurum, cupidum cadium & homicidiorum. Elatus semper in dolo-  
ribus. viuit: semp indignatur, semper marec, nihil est q. ei posse explere libidine. Sicut. n.  
auari, quanto plura acceperint, tanto plurius egent: sic superbi, quanto maiori funguntur  
bonore, tanto plus concupiscunt.* AMB. lib. de Noe & arca. *Superbia se extollit in hac  
serrena,*

Chry. hom. 48.

Amb. c. 26.



Iſa. 3. 16.

Greg. lib. 14. c. 18.

cap. 29.

Call. c. 27.

Baſhom. 21.

terrena fragiliſque ſubſtantia, & immemor diuinorum humana deſpiciens ipſam arrogantis viri habitum inceſſumq; deformat; quales deſcribit Iſaias Iudæa filias oculorum micantes nutibus, & alta ſe ceruice iactantes. Sunt enim huiusmodi erigentes ſuperbia, inflato corde, elato pectore, ceruice reſupina: qui ſolum quidem veſtigium pedum preſtringat, toto autem ſe librent corpore, & inani ſuſpendant examine: in priora reſſe procedant, ad poſteriora verticem reclinantes: cælum ſpectent, terram autem ſubſiliant, tanquam ceruicis dolore ſuffixi, vitæ reclinar eâ non poſſint. Gregin Moralibus de ſua vitia. eas ſolummodo virtutes impetunt, quibus ipſa deſtruntur. Superbia autem, quam vitiorum radicem diximus, nequaquam vnus virtutis extinctioe contra cuncta anima membra ſe erigit, & quaſi generalis ac peſſifer morbus corpus omne corrumpit, &c. Quisquis eius tyrannidem in ſe captiua mente ſuſceperit, breuiſimum damnum patitur, & claſſo cordis oculo iudicij & quietatem perdit. Nam cuncta quæ ab alijs bene geruntur diſplicent, & ſola ei quam ipſe vel præſe egerit placeant. Semper aliena opera deſpicit, ſemper miratur, quæ ipſe facit. Et inferius. Cunctis ſuperbia quæ cogitatione tu mentibus inest clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in ſeruitate, furor in triſtitia, inhonestas in actione, honeſtas in imaginatione, creſcitioe in ceſſu, rancor in reſpoſione. Horum mens ſemper eſt ad arrogandas cõrumellas valida, ad vitandas infirma ad obediendum pigra, ad laceſſendos verò alios importuna. Cas. libro 11. inſtitutionum monaſticarum, de moribus monachi ſuperbiſe loquitur. Quisquis ſuperbia morbo fuerit occupatus, non ſolum nullâ ſubiectionis aut obedientie regulam cuſtodire dignatur, verum ne ipſam acribus quidem ſuis doctrinam perfectiõnis admittit: tantum quæ cõcreſcit in corde eius ſpirituales verbi ſuſtinet, ut cum forte talis fuerit oborta collatio, vno in loco flare neſciat eius obrutus, ſed huc illucque circumferatur intuitus. Et infra. Dum pro conſcientia ſua torum contra ſe ſuſcipere eſſe prolatus, vehementiori cordis obſtinatione obduratur: iræ quoque ſtimulis accenſus inſtigatur: deinde poſt hæc excelsa vox ſermo rigidus, amara & turbulenta reſpoſio: inceſſus erectus ac mobilis, lingua facilis, procaz loquela, nec vnquam tacturitas amica, &c.

V. REMED. Consideratio vitæ Chriſti vel maxime paſſionis. Vnde ſam namque Domini diſpenſionem inquit, Baſilius in humilia de humiliate, ad humilitatem nos inſtruire deprehendimus. Cum infans eſſet mox in ſpelunca, nec lectus, ſed præſepi imponitur. Deinde in Domicilio fabri & matris pauperula enutritus, ſubditus matri & illius ſponſo. Docetur audens, quorum non egebat: interrogans vero, & interrogando admirabilem declarabat ſapientiam. Subditur Iohanni, & baptiſmum ſuſcipit à ſeruo Dominus. Nemini aduerſariorum reſiſtit, neque inenarrabilem ſuam poteſtatem in quenquam vibrat, ſed quaſi potentioribus cedit, & poteſtati temporaria potentiam, quam illa habebat permittit. Principibus Sacerdotum in ſormio ſiſtitur, ad præſidem ducitur, & iudicium illius ſuſtinet. Et cum poſſet calumnias ſuos arguere, ſilentio tolerat illorum calumnias. Conſpuitur à ſeruis ac viſiſſimo perſis. Morti traditur, ei que hominum iudicio turpiſſima. Itaque hominem omnia ab ipſa

inuitate ad mortem vsque exercuerunt. **AVG.** lib. 8. de Trinitate. Hoc nobis prodest credere, & firmum atque inconcussum retinere, scilicet humilitatem, qua Christus natus est Deus ex femina, & a mortalibus per tantas contumelias perductus ad mortem, summum esse medicamentum, quo superbia nostra sanaretur tumor, & altum sacramentum, quo peccati vinculum solueretur, **GREG.** lib. 34. moralium, & ad Ioannem Constantinopolitanum Episcopum. Contra huius languoris (superbiæ) pestem audiamus cuncti, quod magistra veritas docet, dicens. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc namque unigenitus Dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit, ad hoc inuisibilis, non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria irrisumum opprobria, passionumque tormenta tolerauit, ut superbum non esse hominem doceret humilis Deus. Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam, is qui sine estimatione magnus est, vsque ad passionem factus est paruus?

Greg. c. 21. & lib.  
4. cap. 83.  
Match. 11. 29.

**VI. R E M E D.** Confidera vanitatem opum, honorum, donorumque corporis & animi, quæ solent præbere occasionem superbiæ. **CHRYS.** ad Chry. hom. 43. populum Antiochenum disputans, qua ratione mederi possumus morbo superbiæ. Cogita, inquit, gehennam, cogita multo meliores te, cogita præsentia, ipsam humanam naturam, quam nihil sit homo. Cum videris in foro mortuum efferrî orphanos sequentes filios, vxorem viduam plangentem plorantes seruos, amicos mærentes, præsentium rerum vanitatem cogita, & quod ab umbra, formis que nihil differunt. Sed non vis hoc? cogita prædiuites in bellis temerè pereuntes, magnatum & illustrium domos considera, nunc solo prostratas: considera quantum potuerint, & nunc ne eorum quidem memoria remanet. Per singulos enim dies, si velis, horum exempla reperies, magistratum successiones, proseriptiones diuitum. Multi tyranni confederunt humi, non existimatus autem gestauit diadema. Hæc nonne quotidie fiunt? Nonne nostra rotæ cuidam similia sunt? &c. Exempla si velis vbi que reperies. Si verò nihil horum velis, pensa naturam nostram, ex quibus constat, & quo desinit. Cogita cum dormis, quo sis dignus: nonne vel minima bestia te posset interimere? Et rursum alibi ad eundem, Fortis es, & altum sapis, nonne propterea magis humiliari debes? Quare sapis altum in re vilissimum? Nam & leo te est audacior, & aper fortior, nec es ad eos culex. At & latrones & fures, & gladiatores, & serui tui fortiores sunt: hoc igitur laude dignum? Sed pulcher es & speciosus. Cornicum ostentatio, non es pauone pulchrior, neque propter florem, neque propter alas. Verum & cygnus valde pulcher est, & alia aues multe, quibus si fueris comparatus, aspicias te quod nihil. Frequenter autem & viles pueri, & innupta virgines, & meritoria mulieres, & molles viri gloriam hanc habuerunt. At es locuples, unde? quid possidens? Aurum argentum, lapides pretiosos. hæc est, & latronum, & metalla seruitanum gloria. Sed ornaris & comcris. Verum & equos comptos videre licet, apud Persas quoque camelos, hominum verò sceticos omnes. Non confundis in his alta sapiens, in quibus bruta tecum sociantur, & serui, & homicida, & molles, & latrones & fures? Sed propter vocem altum sapis, Cygno, lasciuia tunc nun-

Chry. hom. 43.

Id. hom. 39.

PPP

quam

quem tu suavius canere poteris. *At in artis varietate. Et quid ape in hoc sapientiam? Quis phrygio, quis pictor, quis geometres huius opera poterit imitari? Sed in re subilitate. Verum hac aranea tibi praestant. At in pedum velocitate, rursus prima ferunt bruta, lepus & caprea. Sed acutè cernis, tamen non si ut doveas, nec ut aquila. At auditum habes acutum, sed asinus acutiorem. At olfactum. Verum canis teperecedere non sinit &c. Vides quantum nobis verum examina. in conferat. Omnibus bonis altiora sapiens etiam brutis vilior inuentus est. Et multo post. Unde igitur, homo dignus es brutis imperare? Ex ratione. Sed non inest si perbo: cum enim ea non debet utatur etiam illis petor est. Av G. in sententia à B. Prospero collectis. Diuitiis flores & maiorum nobilitate te iactas, & exultas & patria & pulchritudine corporis, & honoribus, qui tibi ab hominibus deferuntur? respice te ipsum, quia mortalis es, & quia terra es & in terram ibis. Circumspice eos, qui ante te similibus splendoribus fulsere. Vbi sunt, quos ambiebant civium potentatus? Vbi in superbiae Imperatores? Vbi, qui conventus disponebant & festa? Vbi equorum splendidi inuolutores? Vbi, qui exercituum duces? satrapae, tyranni? Non omnia puluis? non omnia fauilla? non in paucis ossibus eorum vita memoria est. Respice sepulchra, & vide quis servus, quis Dominus, quis pauper quis dives? Discerne, si potes vinculum à Rege, fortem à debili, pulchrum à deformi Memor itaque natura, non extollaris aliquando. Memor autem eris, si te ipsum respexeris. BERNARDVS in Cantica. Qui se inquit Apostolus putat aliquid scire, nondum scit, quomodo oporteat eum scire. Vides quoniam non probat multa scientem, si sciendi modum nescierit? Sunt namque qui scire volunt eo fine utrum ut sciant, & turpis curiositas est. Et sunt, qui scire volunt ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Qui profecto non euadent subsannantem Satyricum, et qui huiusmodi est decantantem. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item, qui scire volunt ut scientiam suam vendant, verbi causa pro pecunia, pro honoribus: & turpis quaestus est. Sed sunt quoque, qui scire volunt ut edificent, & caritas est. Et item, qui scire volunt, ut edificentur, & prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo non inveniuntur in abusione scientia, quippe qui ad hoc volunt intelligere, ut beneficiant. Denique intellectus bonis omnibus facientibus cum, reliquit omnes audiant. Scienti bonum, & non facienti, peccatum est ei.*

VII. R E M E D I V M. Considera praestantiam virtutis humilitatis, quae è diametro pugnat cum superbia, & est antidotum efficacissimum ad sanandum morbum superbiae, si mente non solum pura, sed verbo quoque & factis praestetur. HIER. ad Celantiam. Nihil habeas humilitate praestantius, nihil amabilius. Hac est enim praecipua conservatrix, & quasi custos quadam virtutum omnium: nihilque est, quod nos ita, & hominibus gratos & Deo factos, quam si vita merito magni, humilitate infimissimas. Propter quod scriptura dicit: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Et Dominus loquitur per prophetam. Super quem alium requiescam, nisi super humilem & quietum, & tremorem verba mea? Verumtamen humilitatem sequere, non quae ostendatur &

Aug. sent. 386.

Bern. serm. 36.  
1. Cor. 8. 2.

Petrius Sat. 1.

Psal. 110. 10.  
Iac. 4. 17.

Hier. ep. 14.

Eccli. 3. 10.

Ma. 66. 2.

simulatur gestu corporis, aut fracta voce verborum, sed que puro affectu cordis exprimitur. Multo deformior est illa superbia, qua sub quibusdam humilitatis signis laet. Nescio enim quomodo turpiora sunt vitia, qua virtutum specie calantur. Aug. ep. 56.

**AUGUSTINVS** ad Dioscorum. Nisi humilitas omnia, quaecumque benefacimus & praeceperit, & comiteretur, & consecuta fuerit, & proposita quam intuemur, & apposita, cui adhaeremus, & imposta qua reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorquet de manu superbia: vitia quippe cetera in peccatis, superbia verò etiam in rectè factis timenda est, ne illa quae laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Itaque sicut Rhetor ille nobilissimus, cum Demosthenes.

interrogatus esset, quid ei primum videretur in eloquentiae praeceptis observari oportere, pronuntiationem dicitur respondisse: cum quaereretur quid secundo, eandem pronuntiationem: quid tertio, nihil aliud, quam pronuntiationem dixisse se si interrogares, & quotiens interrogares de praeceptis Christianae religionis, nihil me aliud respondere nisi humilitatem liberet. Quomodo autem practice & in particulari factis ipsis humilitas illa declaranda sit, accuratè docet **B. BAS.** Ommino vere memor esto parameia. Superbis inquit, resistit Deus, humilibus verò dat gratiam. In promptu habe dictum illud Domini. Quisquis seipsum humiliaverit, exaltabitur, & qui seipsum exaltaverit, humiliabitur, & c. Si quando te praesens benefactum non nihil elatum reddat ad memoriam reuocet, quid olim male feceris, & cessabit insensata illa animi inflatio. Et si que quam in praesentiarum delinquere videris, ne hoc solum in illo spectes sed cogita simul, quae rectè vel feceris olim vel nunc quoque facias, & deprehendes saepe numero ealem si singula, inquisieris, nec particulas quasdam tantum scrutatus fueris, te esse meliorem. Neque Deus enim hominem particulariter examinat. Nam ego inquit, & opera, & cogitationes ipsorum coniunctim producturus venio. Et cum Iosaphat regem aliquando propter peccatum recens commissum reprehenderet, simul & rectè factorum mentionem fecit, dicens. Veruntamen & actus quidam boni inueni sunt in te. Et infra. Quoniam igitur pacto ad salutarem hanc animi humilitatem perniciose superbiae elatione relicta descendimus? Si perpetuo studium modestiae exerceamus, & c. Vide ne in sermone arrogantiam & surpes sophisticam, neque dictionem ostentes superbam: sed in omnib; splendore, ac magnificentiae detrabas, comis erga amicum, mansuetus erga domesticum, patiens erga temerarios, humanus erga humiles patronus afflictis, inuisus in dolore constitutos: in summa, neminem contemnens, suavis in appellatione, alacer in responsione, dexter & expositus vniuersis, neque tua ipsius celebrans encomia, neque alios qui hoc faciant subornans, neque inhonestam de proximo famam admittens, & virtutes tuas ac prerogativas, quantum fieri potest, obregens, peccatorum verò gratia te ipsum accusans, nec expectans ut ab alio reprobentur: ut idem facias, quod iustus, qui in principio sermonis seipsum accusat, & sis qualis erat Iob, què non puduit vrbis tumultuationem Prou. 18. 17.

propriam contra se deprecari ruinam. Ne sis increpando molestus ac seuerus neque statim, aut cum animi commotione quenquam reprehendas (respicit enim hoc contumaciam quandam). Neque propter modica delicta condemnes aliquem, quasi rigidus iuris

- Gal 6. r. exactor, sed eos, qui deliquerunt, complectare, & spiritualiter instruat, que modum admonet Apostolus, considerans te ipsum, ne et tu tenteris, & tantum studij in peccatis ne apud homines gloriosus habeare, quantum impendunt alij, ut glorificentur, si quidem Christi memor fueris. Qui mercedem apud Deum amittit, dicit, si sponte apud homines cupias illustris haberi & bonum ad hoc facias, ut conspiciaris hominibus. Absurrunt enim, inquit, mercedem suam. At pralatus es aliis & comitantur te homines, ut glorificent? Par esto subiectis, non tanquam Dominans in cleris, ut Apostolus inquit, ne que secularibus Principibus te conformes. Qui namque primus esse cupit, omnium hominum seruum esse iubet Christus. BERN. ad Ogerium canonicum regularem. Humilitas, ad quam vii que ducit humiliatio, totius est spiritualis fabrica fundamentum. Siquidem humiliatio via est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, flectio ad scientiam. Si virtutem appetis humilitatis, viam non refugas humilitationis. Nam si non pateris humiliari, non poteris ad humilitatem proeui. Terret me. Apollus, qui & ipse territus dicit. Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videtur me, aut audiat aliquid ex me. Quam pulchre dixit. Parco. Non parci sibi arrogans, non parci sibi superbus non cupidus vana gloriæ, & iactator actuum suorum, qui vel sibi arrogat, quod est, vel mentitur de se, quod non est. Solus qui verè humilis est, parci animæ suæ: qui, ne putetur, quod non est, semper quantum in se est vult nesciri quid est. Grande reuera periculum, audire quenquam de se supra quam sentit in se. Quis dabit mihi apud homines tantum de veris dignè humiliari, quantum vel de falsis datum est indignè exaltari? Illam mihi vocem Propheticam iure assumerem. Exaltatus eam humiliatus sum & conturbatus. Et illud. Iudam, & vilior fiam. Iudam scilicet ut illudat. Bonus ludus, quo Michol irascitur, & DEVS delectatur, bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, sed Angelis pulcherrimum spectaculum præbet. Bonus inquam ludus, quo efficitur opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Nam reuera quid aliud secularibus, quam ludere videtur, cum quod ipsi appetunt in hoc seculo, nos per contrarium fugimus; & quod ipsi fugiunt, nos appetimus? More scilicet ioculatorum & saltatorum, qui capite misso deorsum, pedibusque sursum erectis præter humanum usum, stant manibus, vel incedunt, & sic in se omnia oculos desigunt. Non est hic ludus puerilis, non est de theatro, quæ feminis sædis que in fractibus prouocet libidinem, actus sordidos repræsentet: sed est ludus iucundus, honestus, grauis, spectabilis, qui cælestium spectatorum delectare possit aspectus. Hoc casto & religioso ludo ludebat, qui dicebat. Spectaculum facti sumus Angelis & hominibus.
- VIII. REMEDIUM. Simulatq; aduertes obortam aliquam in animo tuo superbiam, falce humilitatis præscinde. Est B. GREG. in lib. 24. Moralium. Vitium superbia, inquit, ab ipsa mox radice secandum est: ut cum lateriter oritur, tunc vigilanter abscindatur, ne proeuctu vigeat, ne vsu roboretur. Difficilis enim in se quisq; inueteratam superbiam deprehendit: quia nimirum hoc vitium, quanto magis patimur, tanto minus videmus. Sic quippe in mente superbia, sicut in oculis caligo generatur. Quo se hoc latius dilatat, eo vehementius lumen angustat. Paul.

Gal 6. r.

Matth. 6. 2.

1. Pet. 5. 3.

Matth. 10. 27.

Bern. ep. 87.

1. Cor. 12. 6.

Psal. 87. 16.

2. Reg. 6. 12.

1. Cor. 4. 9.

Greg. c. 28.

Esper ergo elatio in precordijs crescit, & cum se vastius extenderit oppressa mentis oculum funditus claudit, vt captius animus typum elationis & pati possit, & tamen id quod patitur videre non possit.

VIDE V. Ambitio. Amor sui. Curiositas. Gloria vana. Immodestia. Inobedientia. Ira. Iudicium proprium. Iudicium temerarium. Obstinatio. Presumptio. Vestium luxus. Vindicatio iniuria. Voluntas propria.

SVPERSTITIO.

Remedia aduersus Superstitiones.

I. REM. Considera quid Spiritus S. in S. litteris commonefecerit de superstitionibus. Primum vetat omnes superstitiones diabolicas. Nam in Leuitico Dei mandatum est. *Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. ego Dominus Deus vester.* Et in Deuteronomio *Non inueniatur in te, qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria, nec sit maleficus, neque incantator, nec qui Pythones consulat, nec diuinos, aut quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus.* Et apud Ieremiam Prophetam. *Hæc dicit Dominus. Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite metuerè, quæ timent gentes, quia leges populorum vana sunt.* Et apud Apostolum. *Nolo vos socios fieri demoniorum. non potestis mensc Domini participes esse, & mensc demoniorum.* Et. *Nolite locum dare diabolo.* 2. declarat superstitionibus dictis grauiter offendi DEVM, nam in Exodo, *Maleficos, inquit, non patieris viuere.* Et in Leuitico. *Anima, quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi sui.* Et. *Vir, sine mulier, in quibus Pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur. lapidibus obruent eos; sanguis eorū sit super illos.* Et apud Isã. *Ego sum Dominus, irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens, conuertens sapientes retrosum, & scientiam eorum stultam faciens.* Et apud Michæam. *Auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te, &c. Et faciam in furore, & in indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ non audierunt.* Apostolus quoq; in Epistola ad Galatas *veneficia numerat inter manifesta opera carnis à regno cælorum excludentia, Et in Ioannis Apocalypsi vnesicis, idololatriis, & omnibus mendacibus, dicitur, pars futura in stagno ardenti igne & sulphure.*

Leu. 19. 31.  
Deu. 18. 10.

Ier. 10. 2.

2. Cor. 10. 20.

Eph. 4. 27.  
Exo. 12. 18.

Leu. 20. 6. & 27.

Isa. 44. 25.

Mich. 5. 11.

Gal. 5. 20.  
Apoc. 2. 18.

II. REMED. Considera quid SS. Patres de superstitionibus censuerint. S. BASILIVS in verba Isaiæ. *Quia repleta est, vt ab initio, terra eorum auguriis. Videsne, quantum mali importet auguratio Qui huic incumbit, studiumq; adhibet Dei prouidentia ac sollicitudine destituitur. Plerique autem Christianorum susque deque habent talibus commentis aures accomodare, & illinc aucupari famam,*

Bal. in c. 2. Isa.

Deu. 18. 10.

Id. hom. 6.

Mic. in. c. 2.

Chry.

Id. hom. 21.

nec pudeat isti ominoſa ſuperſtitioni ac ſignis attentos eſſe. Et paulo poſt. Sed emiſi  
 ſi tu, quia abiectus eſt populus, talia ſutiliter & curioſe operatus. Olim ſignificata  
 Moſaica lege, iſtius modi auguria, diuinationes, ominationes atque auſpicia inſana  
 notabantur tanquam inuenta demonum. At enim ſcriptura. Non haurietis  
 neq; captabitis auguria; hac enim gentes faciunt. A morum probitate eſt alienum pro-  
 ſus, eum qui penes ſe habet conſultationem de Dei iuſtificationibus, ad decernendam in  
 rebus agendis, ſibi in conſiliarios adhibere brutas animantes, imò his vti vt doctores  
 & legum latoribus. Quando ipſa auis periculum ſibi ob oculos impendens non mouet  
 quam ratione hæc tibi quod futurum eſt, prædicet? Et in Hexæmeron, agitur  
 de vanitate Genethliacorum. Deridendi proſecto, inquit, non mediocriter eſſe vi-  
 dentur. tam ij qui ſtudio huius artis indulſerunt, quam in ratione dierum niſquam eſt  
 conſtat, quam ij, qui hiantes ab illorum ore pendunt intenti, ſerinde quaſi omnia illiſci-  
 re poſſint, quæ ipſis ſunt euentura. At qui tandem illi effectus ſunt, qualesne præ-  
 ditus iſtius prædictionis? Ille talis, inquit, in crīſpanti decorabitur copillitio, eritq; eſſe  
 Et mirè grauiſus: eſt enim in lucem edictus arietis tempore, Tale autem ipſum cum  
 mal aspectu quodammodo eſſe videtur. At erit & animo grandi, atq; elato, qui præca-  
 er arietis dux ſui gregis. Et infra. Iſtis quid inſipitius, aut deridiculum magis? S. GR. EG.  
 Nazianz. orat. 40. in S. Baptiſima, Nihil tibi amuletis, nec incantamentis opus eſt,  
 cum quibus prauus ille in leuiorū hominum animos ſimul irrepit, venerationem Deo  
 debitam ſurtim ad ſe tranſferens. Trinitatem ipſi da. magnum inquam illud & pal-  
 chrum amuletum. S. HIER. in Danielelem. Videntur mihi incantatores eſſe, qui vobis  
 rem peragunt. Malefici, qui ſanguine vtuntur, & viſtimit, & ſepe contingunt cor-  
 pora mortuorum. Porro in Chaldeis γένη διαλόγος ſignificari puo, quos vulgo Ma-  
 thematicos vocat. Conſuetudo autem & ſermo communis magos pro maleficis accipit  
 qui aliter habentur apud gentem ſuam, eo quod ſunt Philoſophi Chaldaeorum, & ad artem  
 huius ſcientiam. Reges quoque & principes eiſdem gentis omnia faciunt. S. ION.  
 CHRYSOST. in Pfalmum 9. exponens verba, exultabo in ſalutari tuo.  
 Hoc, inquit, eſt mihi corona, hoc de adema, propter te trophæum erigere, propter te ſalu-  
 rem adipiſci. Hoc autem dico propter eos, qui in morbis vtuntur incantationibus, &  
 alias exquirunt impoſturas & præſtigias ad ſuam leuandam ægritudinem. Hoc eis  
 non eſt ſaluari, ſed perire. Maxima enim ſalus eſt per Deum eſſe ſeruatum. Et ad pop.  
 Antiochenum. Pompa ſatanica ſunt, theatra, Cīrcenſes, & omne peccatum, dierum  
 obſeruatō, & præſagia, & omnia. Et quid tandem ſunt omnia? Sæpe domū quis ſuam  
 egreſſus hominem vidit monoculum vel claudicantem, & ominatus eſt. Hæc eſt Pompa  
 ſatanica: non enim hominis occurſus malum facit eſſe diem, ſed in peccatis viuere, & eſt.  
 Dicamne & aliud ridiculoſius? Conſundor nempe & erubeſco, ſed cogor propter ſalu-  
 tem veſtram dicere. Si Virgini, inquit, occurreris, ſterilis dies erit: ſi verbò meretrici, luxu-  
 tera & bona, & multa mercede plena. Occultamini, & frontem excutite, & ad ter-  
 ram inclinate, ſed non nunc, dum dicuntur verba, ſed cum ſiunt opera. Et paulo poſt.  
 Quid verbò diceret aliquis de his, qui carminibus & ligaturis vtuntur, & de circenſibus  
 gantibus

ganibus aurea Alexandri Macedonis numismata capiti, vel pedibus? Dic mihi, hanc sunt expectationes nostrae, ut post crucem et mortem Dominicam in gentilis Regis imagine spem salutis habeamus? S. A. V. C. altero de doctrina Christiano libro. *Su.* Aug. c. 10. peritissimum est, quicquid institutum est ab hominibus ad faciendam et colendam idola pertinet, vel ad colendam scilicet Deum creaturam, partemve ullam creaturam, vel ad consuetudines et pacta quaedam significationum cum demonibus, placita atque federata, qualia sunt molimina Magiarum artium quae quidem commemorare potius, quam docere essent Poetae. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiore vanitate Aruspicum et Augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturae, atque remedia, quae Medicorum quoque disciplina condemnat, siue in praecantationibus, siue in quibuslibet notis, quas characteres vocant, siue quibusdam rebus suspendendis atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quassam significationes, aut occultas aut etiam manifestas: quae mitiore nomine Physicam vocant, ut non quasi superstitii se implicare, sed natura prodesse videatur: sicut sunt in aures in summo aurium linguularum, aut de strubionum ossibus, an sula in digitis aut cum tibi dicitur singulenti, ut dextera manu sinistra pollicem teneas His adiungunt millia inani sismarum observationum, si membrum aliquod saluerit, si multum ambulanti, amicus, lapis, aut canis, aut puer medius interuenierit. Et paulo post. Neque illi ab hoc genere permittosa superstitionis segregandi sunt qui Genethiaci propter natalium dierum considerationes, nunc autem vulgo Mathematici, vocantur. Nam et ipsi quamuis vera stellarum positione, cum quisque nascitur, consulentur, et aliquando etiam peruestigent, tamen quoniam inde conantur, vel actiones nostras, vel actionum euentu praecidere, nimis errant, et vendunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem. B. Gaudentius Episcopus Brixienis de lectione Exodi. Nec sufficit, inquit ad Neophytos, ut a mortifero demonum cibo vitam suam custodiat Christianus, sed ut oia abominamenta Gentilium et omnes idololatriae trinitates, sicut quaedam serpentis diaboli venena, dissiugiat. Partes enim idololatriae sunt veneficia, praecantationes, suballigaturae, vanitates, auguria, sortes, observatio omnium, parentalia.

III. R E M E D. Considera, quam grauius, Ecclesiasticis aequae ac Caesaris legibus, quicquid superstitionum a S. S. P. P. enumeratum est, vetitum sit atque damnatum. B. GREG. III. sanctio est. Si quis ariolos, haruspices, vel incantatores obserauerit, phylacteriis eorum usus fuerit anathema sit. Et Synodi Anchyranae. Qui diuinationes expetunt, vel in domos suas huiusmodi homines introducunt exquirendi aliquid arte magica, aut expiandi causa, sub regula quinquenij iaceant secundum gradus poenitentiae definitos. Et Laodicensis. Non oportet sacris officio adideos vel clericos magos aut incantatores existere, aut facere phylacteria, quae animarum suarum vincula phantur: eos autem, qui talibus rebus videntur, propter ab Ecclesia in summo. Et Carthaginensis. Auguriis et incantationibus seruientem, similiter Iudaicis superstitionibus, vel feriis inhaerentem a conuentu Ecclesiae separandum precipimus. Eut. Arelanensis. Si quis clericus, monachus, vel secularis diuinationes, vel auguria crediderit obseruanda, vel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum quibuscumque putantur, in imitandas, cum his qui

Aug. c. 10.

Gaud. tract. 4.

c. Si quis. 16. q. 5.  
c. qui ibid.

c. non oportet.  
ib.

c. auguriis. ib.

c. Si quis. ib.

cum.



L. nullus. Cod.  
t. de malcf.

L. nemo. ibid.

L. et. lib.

cum eis crediderint, Ab Ecclesia communionem pellantur. Haecenus Ecclesiasticae leges, sequuntur Caesareae. Imperator Constantinus A. ad Maximum. Nullus aruspex, nullus sacerdos, nullus eorum, qui huic ritui adsolent ministrare, ad alium alterius accedat, nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum amicitia, quamuis vetus repellatur concremendo illo aruspice, qui ad domum alienam accesserit: et ibi in insulam deportando est ademptionem honorum, qui eum aduocauerit suasionibus vel praemiis IMP. Constantinus, A. & Iulianus Caesar ad populum. Nemo aruspicem consulat, aut mathematicum (id est iudiciariae astrologiae studiosum,) nemo ariolum. Augurum & Vatum praua confessio conticeat. Chaldaei ac Magi, & ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio vltore prostratus, quicumque iussis nostris obsequium deteguerit. Denique iudem ad Taurum praefectum praetorio. Et si homines magi in quacunque sint parte terrarum humani generis inimici credendi sunt, quoniam tamen, qui in comitatu nostro sunt ipsam pulsant prope modum maiestatem, si quis magus, vel magicis carminibus adsuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, aut aruspex aut ariolus, aut certe augur, vel Mathematicus, aut enarrandis somniis occultam aliquam artem diuinandi, aut certe aliquid simile horum exercens in comitatu meo, vel Caesaris fuerit deprehensus praesidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat. Si vero conuictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus respuerit per negando, sit eculeo deditus unguibusque sulcantibus latera perferat penas proprio dignas facinor.

Cyp. de ido l. v.  
nit.

B. in c. 2. lfa.

IV. REMED. Considera omnium superstitionum auctorem & parentem esse Satanam, iuratum humani generis hostem. Horum, inquit B. CYP (auguriorum & auspicio) omnium ratio est illa, quae fallit & deripit, & praestigis cacantibus veritatem stultum & prodigum vulgus inducit. Spiritus insinceri & vagi, qui postea quam terrenis vitiis immergi sunt, & à vigore caelesti sereno contagio recesserunt, non desinunt perditum perdere & deprauati errorum praeruptis infundere. Et infra. Hi ergo Spiritus sub statuis atque imaginibus consecratis delitescunt, ut afflatu suo vatum pectora inspirant, extorum fibras animant, auium volatus gubernant, sortes regunt oracula efficiunt, falsa veris semper involuunt: nam & falluntur, & fallunt: vitam turbant, somnos inquietant, irrepentes etiam in corporibus occultè mentes terrent, membra distorquent, valetudinem frangunt, morbos lacessunt, ut ad cultum sui cogant, nec aliud illis studium est, quam à Deo homines auocare, & ad superstitionem sui ab intellectu verae religionis auertere; cum sint ipsi penales, quos sibi ad penam comites, quos ad crimen suum fecerint errore participes. De iisdem agens S. BASILIVS ita scribit. Qui angusti est & illiberalis animi, nihilque sapienter nisi sordida & abiecta, eiusmodi motiones, auium, brutarum animantium suo vniuerso dum molitur accipere modare, Deo interim relicto, perfidis demonibus & insidijs vltro se ipsum deuouit. Qui porro imaginantur, atque hac ratione occupare acere baculum

*causa & sic circumagi, errore prorsus incurabili tenentur eorum, qui mente capti sunt, & parum cordati. Haud secus paulo ante censuit. B. Avc. cum scripsit pafca quaedam significationum tuum demonibus placida atque faderata, expressè scilicet vel tacite magicis superstitionibus interuenire. Vnde & in libro de vera religione his verbis nos monuit. Non sit nobis religio cultus demonum, quia omnis superstitio, cum sit magna pœna hominum & periculossima turpitudine, honor est ac triumphus illorum. Et in libro quinto de ciuitate Dei. Non immeritò creditur, cum astrologi (iudiciarii) mirabiliter multa vera respondent, occulto instinctu fieri Spirituum, non bonorum, quorum cura est has falsas & noxias opiones de astralibus satis inferere humanis mentibus atque firmare, non horoscopi notati & inspecti aliqua arte quæ nulla est. Ac rursus libro secundo de Genesi ad litteram. Facendum est quando ab istis, Astrologis iudiciariis, vera dicuntur, instinctu quosdam occultissimi dei, quem nescientes humana mentes patiuntur. Quod cum ad decipiendos homines sit: spirituum seductorum operatio est: quibus quaedam vera de temporalibus rebus nosse permittitur, partim quia subtilioris sensus acumine, partim quia corporibus subtilioribus rigens, partim experientia callidior propter magnam longitudinem viæ, partim à sanctis Angelis, quod ipsi ab omnipotente Deo discunt etiam iussu eius sibi renelantibus, qui merita humana occultissima iustitiæ fœueritate distribuit. Aliquando autem iidem nefandi Spiritus etiam quæ ipsi facturi sunt, velut diuinando prædicunt. Quapropter bono Christiano, siue Mathematici, siue quilibet impiè diuinantium, maxime dicentes vera cauendi sunt, ne consortio demoniorum animam doceptam pacto quosdam societatis irretiant. Hæc ille. Qui ergo superstitionibus vtuntur, quid aliud agunt, quam vt consilia sequantur hostis sui capitalis demonis, & focii fiant, quod Apostolus vetuit, demoniorum?*

V. R E M E D. Considera, in quantum periculum animam, in quantas cruces conscientiam tuam sis deturbaturus, si Deo creatore deserto per superstitiones te deuoueris diabolo. Si, inquit B. C H R Y, in oratione quadam aduersus Iudæos, leui aliquo morbo tentato ilico resiliens à Domino ad daemones accurras, quam tandem veniam consequeris? Quo pacto valebis illum denuo tibi propitium reddere? Quin potius nec alius quisquam pro te deprecari poterit etiam si tantum valeat autoritate apud Deum, quantum Moses. Non est inquam quisquam qui hoc facere poterit. Non audis quid Deus loquatur ad Ieremiam de Iudæis? Ne depreceris pro populo isto, quoniam si surrexerit Moses & Samuel, non exaudiam illos. Adeo sunt peccata omnem remissionem superantia, quæq; nullam recipiât excusationem. Itaq; ne tantam in nos prouocemus iram, etiam si videantur aliqui febrem incantamentis sedare, non enim vere sedant, tamen aliam in conscientiam inducunt febrem, ratione ac conscientia quotidie flagellante, & dicente. Impiè fecisti, iniquitatem perpetrasti, violasti fœdus cum Christo ictum, ob paululum bonæ valetudinis pietatē deseruisti. Num tu solus hæc passus es? an non alij multo quàm tu acerbiora passi sunt? At tamen nullus illorum tale quid ausus, tu mero mollis ac dissolutus animam tuam (dæmoni) oppri-

A l. 2. de doct.  
Chr. c. 20. & 27.

Id. c. 5.

Id. c. 7.

Id. c. 17.

1. Cor. 10. 20.

Chry. orat. 5.

Ier. c. 7. &amp; 15.

gueraſti. Quomodo excuſaberis Chriſto? quomodo illum implorabis precibus? quomodo ſcientia poſthac ingredieris Eccleſiam? quibus oculis videbis ſacerdotem? qua manu ſeram attinges menſam? quibus auribus audies ſcripturas, qua illic legentur? Quibus hiſtimulis quotidie ratio te punget, vrgebitque, cum conſcientia flagellabit, ruſusque dicet. Quia haec eſt ſanctitas, quam inuis tam multas habeam cogitationes accuſatam.

Chry. ibid.

VI. REMED. Considera, quanto cum gaudio tuo, meritoque apud Deum ac bonorum etiam gratulatione ſis victoriam ex hoſte reportaturus, ſi excelſo animo quamuis ſuperſtitionem reſpueris. Sic enim conſonari pergit AURELIUS, Quod ſi perduraueris paulisper, eiusque qui veltantationem aliquam canere voluerint, vel applicationes aliquas adhibere corpori, multa etiam cum contumelia tuis ex adibus eieceris, proſinus ab ipſa conſcientia refrigerationem acciperis. Etiam ſi millies exurat febris, anima tua quouis liquore, quam irroratione meliorem, viſcioremque mitigationem adducet. Quem admodum enim paucquam receperis incantationem, ſanusque factus fueris, miſerius affectus eris, qui febre laborant, dum tecum reputas peccati magnitudinem: ſic nunc quoque etiam ſi febris tuam innumeraque patiaris mala, reſiſtis impiis illis, quouis ſano melius eris affectus cum geſtiente praegaudio conſcientia, ac laudante te, probanteque ac dicente, euge euge bene homo Chriſti ſeruus, fidelis vir, athleta pietatis, qui malueris moleſtis immori quam deſerere tuam pietatem, proximo ſecundum Martyres loco ſtabis illa die. Quem admodum enim martyres praedictarunt cedi ſagris, torquerique, ut ad honorem peruenirent, tu tu quoque hodie praeraptiſti flagellari, torquerique, a febre ne abiceres pietatem. Nam et ſi te non auferat haec febris, alia proſus auferet, et ſi nunc non moriamur, tamen poſtea moriemur. Et mox poſt. Cum eieceris incantationes multa cum contumelia ex adibus tuis, omnes hoc audito collaudabunt, mirabuntur, et inter ſe dicent. Ille agrotans plurimis hortantibus, incantantibus, conſulentibus, ut magicis quibusdam incantamentis vteretur, non aſenſit, ſed reſpondit, ſatius eſt hoc pacto mori, quam deſerere pietatem. Ad haec conſequentur multi plauſus ab his qui audierint, cunctis ſupplicibus Deumque glorificantibus. Hoc quor ſtatus erit tibi honorabilis? quor imaginem magnificentis? quanto honore inſignis? Omnes laudabunt, omnes tuam felicitatem praedicabunt omnes te corona dignum iudicabunt. Praeterea ipſi quoque melior ſient, ac viciffim tuum exemplum amulabuntur, imitabunturque fortitudinem, et ſi quis alius tale quippiam fecerit, tu mercedem feret, qui exempli fueris auſtor. Neque tantum conſequentur laudes recte factorum, verum etiam celerrima morbi lenitas, quam ipſa tua praecara voluntate conciliante tibi Deum ad maiorem beneuolentiam, tum ſanctis omnibus gratulantibus tuae promptitudini, atque ex intimo corde pro te precantibus. Quod ſi hic talia ſunt praemia fortitudinis huius, cogita quantas illic recipies coronas, cum angelis omnibus praesentibus, omnibus archangelis, Chriſtus adueniens prehensa manu tua in medium illud theatrum te produxerit, cunctisque audientibus dixerit. Hic homo cum aliquando febre correptus eſſet, multis exhortantibus ut a morbo libereretur propter nomen meum, ac reuerentiam quam habet erga me, ne quid offer-

desere meam bonitatem, omnes qui pollicebantur ipsi damnatarum artium presidio sanitatem, repulit, cumque ignominia reiecit, ac praoptavit emori potius morbo, quam meam deserere amicitiam. Haecenus ille.

VII. R E M E D. Contra demonum insidias, quotidie antequam domo egrediaris munias te horum verborum clypeo. Abrenuncio tibi Satana, & coniungor tibi Christe. Est eiusdem Chrystostomi in haec verba ad populum Antiochenum declamantis. Sicut sine calceamentis, vel vestimentis vestrum nemo in forum descendere eligeret, ita sine verbo hoc nunquam in forum prodeas. sed cum es ianua vestibula transgressurus hoc prius loquere verbum. Abrenuncio tibi Satana & coniungor tibi Christe. Nec unquam absque hac voce exeat, haec erit tibi baculus, haec armatura, haec turris inexpugnabilis. Cum hoc verbo & crucem in fronte imprime: sic enim non tantum homo occurrens, verum nec ipse diabolus te quicquam ledere poterit, cum tu te cernens armis ubique apparente. Sic B. Av. de Symbolo agens ad Catechumenos. Parata sunt, inquit, corda vestra, quia exclusus est inimicus de cordibus vestris. Hinc: vos renunciare professi estis (in baptismo) in qua professione non hominibus sed Deo & angelis eius conscribentibus dixistis, Renuncio. Renunciate non solum vocibus sed etiam moribus, non tantum sono lingua, sed & actu vitae, nec tantum labris sonantibus, sed operibus pronuntiantibus. Et B. Ephraem de abrenunciacione. Abrenunciatio, inquit, quam in baptismo facimus, nominata quidem apparet parva, ceterum intellecta, admodum magna, quam qui servare voluerit, beatissimus erit. Paucis namque verbis cuncta quae nominantur mala, quaeque dicit DEVS, valere videmus & abrenunciamus: cuiusmodi sunt, non unum duntaxat, non duo nec decem, sed quodcumque appellatur malum, puta, Abrenuncio Satana & cunctis operibus eius. Quibus, inquam operibus? Audi. Fornicationi, adulterio, simoniaci, furto, iniuria, vestigio, divinationi, incantationibus, & c. iuramentis, spirituum immundorum interrogationibus. Quibus omnibus & horum similibus abrenunciat Christianus quicumque in abrenunciacione sancti baptismatis, quae cunctis novimus opera acque doctrinas esse diabolorum.

VIII. R E M E D. est consignatio S. Crucis, quod vi potentissimum, & Saana exosissima, namque omnes Patres opposuerunt superstitionibus Magicis, ac S. ANTONIVS quidem apud B. Athanasium unicum satis esse credidit ad profigiendas eius technas. Et ipse Athanasius de Incarnatione verbi. Signum crucis vult tollere omnem Magiam. Huius signi crucis inquit S. CYRILLUS in sermone de passione Domini, hodie tanta est auctoritas & potestas, ut non solum Israelitica limina munit, sed etiam ab his, qui Israeliticè non vivunt, solum sacramenti signum repellat demonia: & ubicumque conspecta fuerit terribilis eius sacri nominis virtus & sanguinis, nota. Quid CHERY. totus more suo ardet alloquens Colossenses superstitionibus deditos. Superstiosa, ait, illa quae aegrotis applicatis, etiam si mille modis Philosophentur, qui quastum ex ipsis faciunt, dicentes, Deum invocamus, & pro ea nihil facimus & quicquid eiusmodi praetendunt, & Christiana est haec anus, & fidelis, idolatriam tamen sapienter. Fidelis est? Crucis signum tuum vitare. Dic. Hoc duntaxat habeo scire, non, hoc solum pharmacum, alium ignoro. Dic mihi,

Chry. hom. 21

Aug. lib. 1. c. 9. &amp; 10.

In vita.

Chry. hom. 2.

si medicus ad aegrotum accedens relictis medicina pharmacia incantatione uteretur, an hunc medicum dicere mus? Nequaquam. Non enim vi-deremus medicinae pharmaciae neque hic quae sunt Christianismi. Alia verò stultorum nomina collo appendunt, & mille talia audent. Ecce dico, & praedico vobis omnibus. Si quis deprehendatur, non parcam sine superflua collo alligat, sine incantes, sine aliud quicquam huiusmodi facias. Quid igitur? morietur ne puer, inquis? Si hoc pacto viuet, tum mortuus est. Si verò sine istis mortuus fuerit, tunc reuixit. Iam si videris filium scortis deducam, mox velles defossus & sepultus, ac dicis. Quid enim profuerit illum viuere? Quomodo verò videas salutis illum subire periculum vis ita viuente[m] videre? Scribit lo. A. S. DIACONVS S. Gregorium Magnum, cum aliquando equus eius fascinatione Magorum furore correptus esset, sola crucis consignatione infirmitatem depulisse, eiusque auctores Magos oculis captos. NAZIANZENSIS quoque Gregorius ita de se. Nam ipsi quoque qui Christo nomen dedit, angulum illud nomen vix plerumque pronunciauit, cum statim daemon non sine stridore grauiusque dolore longè se proripuit Dei immortalis vim ac potentiam clamans. Quae etiam ipsum mihi saepe vsu venit, cum crucem, ne in tabula quidem, sed in mediastinum aëre descripsissem: nam sola figura trophaeum erexit, quem admodum olim accipite legimus, cum Moses manus in crucis formam composuisset. Deinde de apollonia IULIANO Imp. Magica dedito. Quod, inquiens, à pluribus comme moratur, nec ab illius moribus abhorret, oratione perse quar. Descendebat in quoddam adytum plerumque in accessum & horrendum (utinam in infernum quoque, priusquam in huiusmodi scelera prorumperet) comitem cum habens, qui multis adytis dignus erat, hoc est, hominem huiusmodi verum sophistica instructum. Nam hoc quoque apud ipsos diuinationis genus est, ut caligine quadam cum subterraneis daemonibus de rebus futuris colloquium ineant. Et paulo post. Ut autem egregium virum progredientem terrae adoriri coeperunt, ac subinde plures & formidolosiores, sonos quosdam insuetos, atque tetrosque odores, atque ignea spectra, ac nescio quas nugas & deliramenta, reimpugnata percussus ad crucem, vetusque remedium confugit, eoque se aduersus terrores consignati, cumque quem persequatur in auxilium adsciscit. Ac quae sequuntur, magis commendanda. Valuit signaculum, cedunt demones, pelluntur timores. Quid deinde? Reuertitur malum, rursus ad audaciam redit, rursus iidem terrores urgent: rursus obiecto signaculo demones conquiescunt.

Diac. lib. 2. vita  
c. 43.

Greg ad Nemesium.

Idorat. i. in Iulianum.

H. mans. 37.

IX. REMED. Fiducia magna in Deum O. M. Multa sunt prestigia, inquit B. HIERONYMVS ad Fabiolam, de 42. mansionibus, & innumerabiles laquei, quibus anima capiuntur humana: sed nos dicamus in Domino confidentes. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Et si ambulauero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Cadent à latere nostro mille, & decem milia à dextris nostris, non timebimus ab incursum & damonio meridiano: sed obturabimus aures nostras, ne audiamus voces incantantium, & Sirenarum carmina negligamus. Post imaginem Dei, qua in cordis ratione monstratur, & confessionem fidei, qua

ore profertur consurgunt serpentes, & artes malefica ad bella nos prouocant. Sed nos qui habemus pretiosissimum thesaurum in vasis fictilibus, quæ frangi possunt, ita vt quedam vix testa remanserit, in qua hauriri possit aqua pusillum, omnia custodia circumsidemus cor nostrum. Pro eodem remedio sic iterum philosophatur

CHRISTIANUS contra Iudæos Non audisti, quid dicat scriptura? Fili, si accedis seruiturus Domino, prepara animam tuam ad tentationem: dirige cor tuum, & perdura in morbo ac paupertate: in illo fidens esto. Sicut in igne probatur aurum, sic homo probatur in camino deiectionis. Si tu famulum flagris cecideris, & ille triginta aut quinquaginta plagis acceptis illico prouocet ad libertatem, aut deserat tuum dominium, & ad alios se conferat, qui te oderint, eosque in te conciet: dic mihi numis abs te veniam impetraturus sit? an quisquam pro illo poterit esse patronus? nequaquam: cur ita tandem? Quoniam officium est heri punire calem famulum. Non ob id tantum, verum etiam ob hoc; quod si fugiendum erat, non ad hostes & ocores Domini prioris oportebat fugere, sed ad amicos & cognatos. Preinde tu quoque, si videris te puniri à Deo, ne profugas ad inimicos Iudæos, ne magis etiam illos in te prouoces, sed ad amicos illius Martyres, ac sanctos, qui illi placuerunt, quiq; multam apud illum habent auctoritatem. Sed quid loquor de famulis & heris? Filius non poterit hoc facere, nec abnegare cognationem, quam habet cum patre. Nam & natura leges, & leges ab hominibus institutæ sic præscribunt, etiam si flagris cadat pater, si à mensa d'pellat, si adibus exigit, si quocumque modo puniat, iubent omnia fortiter perpeti, nec vllam illi veniam eoncedunt, ni paruerit, pertuleritque. Etiam si filius cæsus innumeris querimoniis deplorans proferat, hæc verba audit ab omnibus. Pater est, qui cecidit ac Dominus, habetque potestatem in te quod vult faciendi, & oportet omnia placide ferre. Ergo famuli quidem ferunt dominos, filij parentes, frequenter & præter æquum punientes: tu vero non sustines Deum te corrigentem? qui plus habet in te iuris, vix pote vere Dominus, qui plus te diligit, quam pater, qui que nihil per iracundiam sed omnia facit in tuam vtilitatem. Ad hæc Aug. ser. 247. de & B. AVG. in sermone aduersus auguria instituto. Si semel, ait, aut secundo temp. nequitias quas diabolus immiserit cum animo & tota fide contempseris, ita ipsum diabolum postea à vestra infestatione Deus dignabitur repellere, vt nunquã p'ssit vos sua calliditate decipere. Homines enim negligentes & faciles languida desideria, & fidem desidem habentes, & ideo etiam si incipiant, non diu perseuerant in operibus Dei, sed vbi se antedictis sacri legis abstinerint, vel vnam nequitiam diaboli pertulerint, statim penitent se ad Dominum conuersos esse, machinamenta diaboli reliquisse, iterum reuertuntur ad obseruationes auguriorum, velut canes ad vomitum suum. Exemplum huius fiducia contra Magicas artes illustre habemus in B. AMBROSIO. 1. tom. Ambrosio, qui ob hanc firmissimam in Deum fiduciam nunquam Magorum artibus lædi potuit. Mortua Iustina, inquit PAULINVS in eius vita, quidam aruspex, Innocentius nomine non opere, cum pro causa maleficiorum à iudice torqueretur, aliud quam interrogabatur fieri cepit. Clamabat enim ab Angelo maiora tormenta sibi adhiberi, eo quæ custodiret Ambrosium, quoniam temporib. Iustinae (Im-

peratricis Arianae) ad excitanda odia populorum in Episcopum, cacumen tecti Ecclesie conscendens medio noctis sacrificauerit. Sed quanto instantius et sollicitius operam liqua exercebat, tanto magis amor populi circa fidem Catholicam et Domini sacramentum conualescebat. Misisse etiam se demones, qui illum necarent, faciebatur: sed demones renunctasse, se non solum ad ipsum appropinquare minimè posse, verum etiam ad fores domus, in qua manebat Episcopus, quia ignis in superabundis omnibus abipsum communiuere, ut etiam longe profecti viderentur, atque ita cessasse artes suas quibus aduersus Domini sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur.

Deu. 12. 1.

Aug. l. 2. c. 23

A. serm. 241. de scmp.

Iob. 2.  
Lath. 8. 24.

X. REMED. Considera, etiam si saepe eueniant quae praedicunt Magni orbos quoque nonnullos depellant, non tamen fiduciam vllam esse in eorum ope vel arte collocandam, quia Dominus in Deuteronomio, disertè nos comonescit, cur id fieri permittat, ut annotauit Augustinus in libro de doctrina Christiana secundo. Si surrexerit, inquit, in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, et praedixerit signum atque portentum, et euerit quod locutus est, et dixerit: *Etiam et sequamur Deum alienos, quos ignoramus seruiamus eis, non audies verba Prophetarum illius, aut somnatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non in toto corde, et in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini.* Quam causam fassus profecutione profecutus est in haec verba. Sed forte dicit aliquis, quid faciemus, si quod auguria ipsa, et caragi vel diuini frequentè nobis vera annuntiant. De hac re scriptura nos conestatur et moneo dicens. Etiam si qua vera vobis dixerint, nolite credere illis. Tentat enim vos Deus vester, utrum timeatis eum, an non? Sed iterum dicit. Aliquoties, si precantatores non fuerint, aut de morsu serpentis, aut de aliqua qualibet infirmitate prope vsque ad mortem multi periclitantur. Verum est fratres charissimi, quia permittit hoc Deus diabolo, ad probandum Christianum, ut cum interdum per illa sacrilegia aliqua remedia in illa infirmitate percipere, et aliquid verum potuerit agnoscere, facilius propterea diabolo credant. Sed qui totam Christianam religionem distinet custodire, oportet ut haec omnia tota animi virtute contemnat. Et paulo post. Et illud ante omnia scitote fratres, quod nec vos ipsos, nec eos qui ad vos pertinent vel in paruis rebus diabolus potest ledere, nisi quantum à Deo potestatem acceperit. Quomodo nec sancti Iob facultatem ausus fuit subuertere nisi Domino permittente. Et sicut in Euangelio legimus, quando ab hominibus expulsi sunt demones, rogauerunt, ut vel in porcos ire permittentur. Si in porcos non sunt ausi intrare demones, nisi à Deo permissionem acciperent: quis ita erit infidelis, ut eos bonos Christianos credat posse ledere, nisi Deus propria dispensatione permittet? Permittit autem hoc Deus ex causis duabus: aut ut nos probet, si boni sumus, aut corrigat, si peccatores. Sed qui patienter dispensationem Domini tollerauerit, et quando aliquid perdidit, dixerit, Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est; sic nomen Domini benedictum, pro ista Deo placita patientia, aut coronam accipit, si iustus est, aut indulgentiam, si peccator. Et haec attendite fratres, quia cum omnem substantiam diaboli euer-

zisset beati Job, non dixit, diabolus abstulit, sed, Dominus, delit, Dominus abstulit, vir enim sanctus noluit istam gloriam diabolo dare, ut aliquid potuisset tollere, quod Dominus non permisisset auferri. Hucusq; Augustinus, qui & alibi saluberrime monuit, magis cauendos esse Mathematicos iudicarios, alios uero, qui sapius vera prædicunt, quam alios, quia in deliquet eos atque cum Dæmone societate esse coniunctos. Et similiter Chrysostomus maleficas illas anas, quæ Christianæ sunt, & sacris omnino verbis suas incantationes perficiunt, magis esse de estandas quam alias. Non ligaturas uero tantum, inquit, sed etiam excantamenta tibi conductis, uetulas ebrias, & titubantes in domum agens. Nec confunderis, nec erubescis, post tantam ad hæc trepidans disciplinam: & quod grauius est errore, quando hæc admonemus, & dissuademus, putantes se excusari, dicunt: quod Christiana est mulier hæc excantans, & nihil aliud loquitur, quam Dei nomen. Propterea namq; magis ipsam odi & auersare, quod Dei nomine ad contumeliam uitur: quod se dicens esse Christianam, gentilium opera facit. Etenim & demones Dei nomen fatebantur, sed tamen erant demones, & ita Christo dicebant. Nouimus te, quoniam es sanctus Dei, & tamen istos increpauit, & eiecit.

I. de. Gen. ad lig. c. 17.

Chry. hom. 22. ad pop.

Luc. 4. 34.

**XI. REMED.** Confidera apud Ethnicos non solum superstitionibus dictis, sed etiam idololatriæ, (quam Hæc alicubi uocat præstigia u Magicarum fontem) deditissimos, maximas fraudes in auguriis, diuinationibus, aliisque obseruationibus fuisse deprehensas & id circo irrisas. **B. CYP.** Regulus, inquit, auspicia seruauit, & captus est, & Mancinus religione tenuit, & sub iugum missus. Et pullos edaces Paulus habuit, & apud Cannas tamen casus est. **C. Cæsar**, ne ante brumam in Africam nauigia transmitteret, auguriis & auspicijs retinentibus spernit, & eo facilius nauigauit, & uicit. **B. A. V. G.** de Catone ita scribit. **CATO** cum esset consultus à quodam qui sibi à fortibus eras caligas diceret: respondit non esse illud monstrum, sed uerè monstrum habendum fuisse, si fortices à caligis roderentur. Et alibi de Cicerone. **CICERO** Augur irridet auguria, & reprehendit homines corus, & cornicula uocibus uita consilia moderantes. Quod fecit in altero diuinationu libro, ubi addit, quod Pompeio, Crasso & Cæsari ab omnibus Chaldæis fuerat prædictum, nempe eos domi ætate iam affecta imensa cum gloria ex hac uita excessuros, minime euenisse; siquidè Crassus apud Euphratè summa cum ignominia obiit. Pompeius cum maiore apud Ægyptum trucidatus, Cæsar plurimis uulneribus in ipso Senatu confossus fuit. Seneca quoque in libello de morte Claudii Cæs. conscripto commemorat Astrologos quo tannis, imò singulis mensib. consueffe prænunciare mortem Claudii, cum tamen per annos quatuordecim eos deluserit. Et Phauorinus apud A. Gellium affirmat uera à Mathematicis prænunciata non esse partè millesimam mendacioru, quæ effutunt quotidie. Denique & Ioannes Picus in libris contra Astrologos superiore seculo editis affeuerat se, cum longo tempore temporum mutatio-

H. in præm. ep. ad Eph.

Cyp. de idol. van.

A. I. 2. doct. Christ. c. 20.

Id. 4. de ciuit. de c. 30. Cic. l. 2. diuin.

Gell. lib. 12. c. 2.

mutatio.



mutationem obseruasset, & ante oculos semper haberet alicuius Astrologi prædictiones, intra 130. dies continuos non deprehendisset septem, in quibus non fuerint hallucinati.

XII. R E M E D. Considera exempla sanctorum, ac primo eorum, qui abhorruerunt ab omni superstitione Magica, vt Apostoli Pauli, qui cum vt est in Actuum Apostolorum historia, incidisset in Elymam magum, repletus Spiritu sancto his verbis eum inuasit. *O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitie, non desinis subuere & vias Domini recitare: Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cecus, non videns solem vsque ad tempus. Et confestim, addit B. LUCAS, cecidit in eum caligo & tenebra, & circueiens quærebatur, qui ei manum daret. Tunc præconsul, Sergius Paulus, cum vidisset factam, crebriter admirans super doctrinam Domini. Et rursum, cum ei obuiam facta esset puella quædam habens Spiritum Pythonem, quæ quæstum magnum præstabat Dominis suis diuinando, clamaretque post Apostolum eiusque comites. *Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis, idemque multis diebus repeteret, Paulus grauate ferens etiam veritatem enunciarî à dæmone perfoeminam, conuersus, inquit Lucas spiritu dixit. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. ALIUM exemplum sit S. BERN. de quo Guilielmus Abbas Bonauallis in vita eius ita scribit. *Cum Bernardus adhuc puerulus graui capitis dolore vexatus in lectum decidisset, & mulier quædam dolorem carminibus mitigatura ad eum accessisset, ille indignatione commotus incantatricem clamoribus à se reppulit, aegitque impetu quodam Spiritus è lecto exiliens mox diuinitus ab omni dolore se liberatum agnouit. Deinde expende exempla Sanctorum, qui licet grauissimis morbis afflicti, non tamen confugerunt ad præsidium incantationum. B. Iohannes Chrysof. dum tractat hoc argumentum producit quatuor, nempe Dauidis regis moestissimi ex graui ægritudine filii. Iobi omni calamitatum genere obruti. Lazari mendici, & eius, qui totos 38. annos æger motum aquæ ad piscinam Bethesda præstolatus fuerat. DAVID Rex, inquit in epistolam ad Colossenses. *diligebat filiolum agrotum, & in sacco quidem & cinere iacebat: verum neque diuinus, neque incantatores adiuuauerunt, quamquam tum tales essent, id quod in historia Saulis liquet. sed Deo supplicauit. Vt diligas filium, non tantum diliges, quantum ille tum diligebat. Et in oratione aduersus Iudæos. Ille 38. annis decentus fuerat infirmitate sua, singulis annis currebat ad piscinam, & singulo quoque anno repellebatur, nec assequabatur sanitatem, in perpetuo paralyti manens. Nec tamen confugit ad diuinus, non adit incantatores, aut profecit ad eos, qui per applicaturas promittunt sanitatem, sed expectauit diuinam opem, eoque tandem admirandam quandam & inauditam sanitatem adeptus est. LAZARVS autem cum fame, cum morbo, cum solitudine per omnem vitam colluctatus est, non triginta & octo annos versatus in his, sed per omne vitam****

Act. 17. 19.

Act. 16. 16.

Apud Surium  
16. Aug.

Chry. hom. 10.

Id. orat. 5.  
Ioana. 6. 3.

tempus. Sic igitur & expirauit in diuitis vestibulo iacens, contemptus, irrisus, esuriens, canibus pabulum obiectus. Sic autem illius corpus debilitatum erat, vt nec canes irruentes, vlceraq; illius lingentes, posset abigere. Haud tamen querebat incantationem, non petala circumligauit, non expertus est imposturas, non veneficos ad se vocauit, nec aliud quicquam veterarum artium tentauit, sed prius habuit illis immori malis, quam vlla parte deserere pietatem. Quam igitur veniam nos impetrabimus, qui cum illi in tantis malis perduravint, ob febriculam, aut leue vulnus procurrimus ad Synagogas Iudaicas, veneficos & impostores in ades nostras accersimus?

VIDE. V. Curiositas. Illusiones spirituales. Veneficia.



## T

## TENTATIO

## Remedia contra Tentationes.

**P** RIMUM Remedium. Considera sacre scripturæ testimonia. Ea autem testatur aliquando Deum tentare. Vt in Deut. Deut. 10. 3. Tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtum diligatis eum, au non? Et in Sap. Sap. 3. 5. Iac. 2. 19. Quonia Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Aliquando vero Deum non tentare, nempe ad decipiendum, vt apud B. Iacobum. Act. 5. 3. Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur. Deus. n. intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. 2. docet diabolum tentare, nempe ad decipiendum. Vt in Actis Apostolorum cum B. Petrus dicit. Math. 4. 2. 1. Thess. 3. 5. Anania, cur tentauit Satanus cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? Et B. Matthæus. Tunc Iesus ductus est in desertum, vt tentaretur à diabolo. Tunc accedens tentator dixit. Et D. Paulus. Ne forte tentauerit vos is, qui tentat, & inanis fiat labor noster. 3. testatur nos etiam tentari à propria carne. Vnusquisque, inquit B. Iacobus, Iac. 1. 14. Gal. 5. 17. à concupiscentia sua, abstractus & illectus. Et Paulus. Caro concupiscit aduersus Spiritum. 4. monet vt paremus nos ad tentationem. vnde Ecclesiasticus. Eccle. 2. 1. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prapara animam tuam ad tentationem. Deinde, vt oremus, ne ab ea vincamur. Math. 26. 41. Matth. 6. 13. Vigilate & orate ait, Christus, vt non intretis in tentationem, Et in oratione Dominica iubet nos dicere. Et ne nos inducas in tentationem. ei scilicet consentiendo. Addit, Dei auxilium nunquam defuturum. 1. Cor. 10. 13. Fidelis Deus est, ait Apostolus, qui non patitur

Rrr tictur